




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritualia Qvdraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)



LI

Th. 4470.

21



ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEGSTR. 21
PADERBORN

Pimelli, Lukas

R. P.
LVCAE PINELLI
SOCIETATIS IESV,
THEOLOGI,
EXERCITIA

SPIRITUALIA QUADRA-
ginta, De Sacrosancto Eucharistiae
Sacramento:

VNA CVM ALIIS EIVSDEM
Authoris Meditationum opusculis, ha-
ctenus non editis, quorum seriem se-
quens pagina demonstrat.

OMNIA RECENTER PER
F. ANTONIVM DVICKEN Car-
thusianum ex Italico in Latinum
conuersa.

Collegij Societ. Iesv Paderborn.



COLONIAE,
Apud Ioannem Crithium
Anno M. D. CVIII.

Cum priuilegio & consensu Superiorum.

IN HOCLIBELLO

- I. Exercitia spiritualia quadraginta, de Sa-
cro sancto Eucharistiæ Sacramento.
- II. Meditationes de præcipuis Dominicæ
Passionis mysterijs.
- III. Meditationes de quinque vulneri-
bus Christi: Et alijs sanguinis effu-
sionibus.
- IV. Meditationes de mysterijs Rosarij
B. Mariæ Virginis.
- V. Meditationes de VII. vitijs capitali-
bus, virtutibusque illis oppositis
ynà cum succincta vitiorum ad ea
fugienda, & virtutum ad eas con-
quirendas dilucidatione.

A P P R O B A T I O
VERSIONIS.

OPVS hoc Exercitiorum
quadraginta de venerabi-
li Sacramento, vnà cum adiun-
ctis Meditationum opusculis,
idiomate Italico à R. P. LV-
CA PINELLO conscriptū,
iam recenter in latinum à R.
P. ANTONIO DV L-
CKEN Cartusiano transla-
tum, à me fuit recognitum.
Quare Authoritate à sede A-
postolica mihi concessa, facul-
tatem damus vt imprimatur.

*Fr. Gisbertus Spechtius Magister,
Apostolicus Inquisitor, & Prior
apud Prædicat. Coloniae.*

* 2 VENE-

VENERABILI
ET RELIGIOSO AD-
MODVM IN CHRISTO PA-
TRI, D. ARNOLDO HAVENSIO,
SS. Theologiae Doctori profundissimo,
& Gandensis Cartusiae Priori me-
ritissimo, Patri suo pluri-
mum obseruando.



VLTA sunt VENERAN-
DE IN CHRISTO
PATER, eaq; praecleara
& eximia, qua Christus
pro ea qua in genus huma-
num erat charitate, nobis ad spiritua-
lem vitam reliquit adiumenta: inter
qua nescio an vllum sit magnificen-
tius, vllum efficacius, vllum saluta-
rius, quam sacrosancti corporis & san-
guinis Domini Sacramentum. Illius
namq; frequenti vsu, anima nostra non
modo viuunt & sustentantur, sed etiam
aduersus omnia spiritualis vitae impedi-
menta roborantur, & omnibus virtutum
& gratiarum opibus indies augentur &
cumulantur. Vt enim pauca de pluribus
eius

EPIST. DEDICATOR.

eius laudibus attingam, nihil est quod tā-
 topere hostium nostrorum vires infringat:
 quod leonis illius rugientis, & solite quē
 deuoret querentis, conatus retrudat: quod
 mundi oblectamenta nobis in fastidium
 conuertat: quod deniq; carnis lasciuientis
 inordinatos motus reprimat, eiusq; appe-
 titiones plusquam tyrannicas restringat:
 quā augustissimum hoc corporis Domi-
 nici Sacramentum. Nihil est quod nos ad
 caelestem patriam per viam longam, ar-
 duam, & multis offendiculis impeditam
 proficiscentes roboret, exhaustaq; animi
 vires ita reficiat & stabiliat, vt nullis vi-
 ribus possint labefactari & infringi. Nihil
 deniq; quod ita fidem firmat, spē excitet,
 gratiam, ceteraq; Spiritus sancti dona, &
 virtutes omnes augeat, quibus anima no-
 stra ornatur, perficiuntur, & roborantur,
 & ad omnia virtutum officia caelestibus
 presidijis instruuntur.

Iam vero vt cetera prater eam, quis ver-
 bis consequi valeat, quantum caeleste hoc
 Sacramentum, ad deuotionem & carita-
 tis feruorem, momenti adferat? quanto
 perē animos inflammet? quanta dulcedi-
 ne atq; iucunditate pias mentes perfun-

EPISTOLA.

dat? Quis explicet quanta sint gaudia, qua deliciae animae Christi amore flagrantis, cum ipsum intra se recipit, cum eius praesentia fruitur, cum illum castissima dilectionis brachijs amplectitur? Quis oratione complectatur, quae tum tibi gratiarum actiones, quam dulcisona cantica, quam affectionum gemitus, quam denique casti amplexus vigeant: quo lumine mens illustratur, qua deuotione saginetur, quam indissolubili amoris vinculo Redemptori suo copuletur.

Qua cum ita se habeant, ingentem mihi saepe admirationem commouet, quorundam Christianorum socordia, qui non modo sacrosancta haec mysteria propter animi sui tepiditatem non frequentant, verum etiam cum ea percepturi sunt, se tam oscitantur ad ea se praeparant, quasi non caeli & terrae Dominum suscepturi, sed regalem aliquam cenam manducaturi essent. Nec secum perpendunt caelestem hunc cibum potius mente, ut quidam Sanctorum Patrum ait, quam ventre usurpandum esse: hoc est: mentem prius pijs meditationibus & sanctis exercitijs praeparandam, & ad deuotionem atque Dei dilectionem succen-

DEDICATORIA.

succendendam esse, vt celestis hac alimonia exoptatos in ea fructus facere valeat.

Quamobrem semper existimaui, magnam eos operapretium in Ecclesia facturos esse, qui scriptis & monitis Christi fideles ab hac periculosa tepiditate auocatos, ad frequentiore[m] augustissimi huius Sacramenti usum, maioremq; in eo sumendo diligentiam, feruorem ac deuotionem excitarent, docerentq; quibus potissimum in eius sumptione, pietatis exercitijs occupari debeant: sic enim fieret, vt homines ad spiritualem vitam aptiores redderentur, & pristinus ille primitiua Ecclesia feruor paulatim resuscitaretur.

Restiterunt id hac nostra aetate complures; praestitit & inter alios R. P. Lucas Binellus e Societate IESV presbyter, publico Ecclesiae bono natus; qui non contentus Meditationibus quas de Sanctiss. Eucharistia Sacramento ante complures annos ediderat, hac etiam **E. X. E. R. C. I. T. I. A.** quadraginta superaddidit, in quibus Christi fideles partim documentis instruit, partim exemplis & miraculis erudit,

*

4

par-

EPISTOLA.

partim meditationibus & pijs cum DEO colloquijs, ad huius augustissimi Sacramenti amorem accendit. Quae cum ego VENERANDE PATER, aliorum monitis ac precibus inductus, in Latinam linguam cum alijs eiusdem Auctoris meditationum opusculis conuertissem & praelo permittere cogitarem, sub tui patrisimum nominis auspicio in manus hominum prodire volui: tum vt aliquod extra ret mea in re obseruantia, gratia, animi argumentum, praesertim cum non obscura tua in me benevolentiae signa haecenus perspexerim, quorum id non minimum est, quod mihi de facie tibi prorsus ignoto, aliquoties amantissimam salutem nunciari iusseris: tum quod libellum a Societatis IESV Theologo compositum, nemini rectius quam tibi, qui eiusdem Societatis aliquando membrum extitisses, multisq; in ea muneribus ac dignitatibus perfunctus, tuis eam virtutibus non mediocriter ornasses, nuncupari censerem. Possent hic & alias causas quae me ad hoc faciendum impulerunt percensere: tuam videlicet spectatam multorumq; testimonijs probatam virtutem, propter quam non

DEDICATORIA.

non modo, antequam nostra Carthusiana
familia te adiungeres, dignitatibus am-
plissimis ornabaris; sed etiam posteaquam
eidem adscriptus es, ita ad easdem digni-
tates, expetitus fuisti, ut vix paucis annis
in solitudine transactis; quinque diuer-
sis in locis Prioratum gesseris, quinquennio
Comunitatoris, & alio tantidem quinquen-
nio Visitatoris munus obiueris. Possem pre-
terea enumerare, quam moderate eadem
officia administraueris, quam beneuolus
fratribus, quam assiduis in diuinis officijs,
quam sedulus cellae ac solitudinis, quantum
officia permitterent, cultor, quam feruens
priorum exercitiorum ac studiorum ama-
tor extiteris, atq; alia id genus innumera:
sed vereor ne aut tibi quae iam pridem lau-
das humanas fastidire ac egre ferre didi-
cisti, molestus sim: aut ego assentationis
vitio, quod maximopere detestor, quodq;
etiam vera duntaxat referens, in tuis
laudibus recensenda, effugere vix vale-
rem in carnem: itaq; manum, quod aiunt,
de tabula tollo, tuamq; praecorua alijs con-
stantiore manu & elegantiore calamo
celebranda relinquo: submisisse interim
rogans VENERANDE PATER, vt
munus-

EPIST. DEDICATOR.

munusculum hoc qualecunq, ea qua bo-
nas omnes literas soles, humanitate com-
plectaris, meq, vt facis, diligas, ac preci-
bus ac sacrificijs apud DEVM adiuues.
Ego etiam omnipotentem DEVM preca-
tor, vt te nobis, Ordini, Patria, ac toti de-
niq, Ecclesia, diu saluum & incolumem
esse velit. Ex Cartusia Coloniensi. 7. Id

Martias. Anno reparatae salutis.

M. DC. VIII.

Veneranda Pater. Vestra

Filius.

F. Antonius Dulcken
Carchusianus.

PRO

PROAEMIVM.

De origine Orationis quadraginta

CAPVT I.



ETVS in S. Ecclesia fuit
 consuedo (vti recte notat
 Tertullianus) quod primi
 illi ac feruentes Chri-
 stiani, ad orationem faci-
 endam ante sepulchra & memorias
 Martyrum, aut in alio pio & ad hoc ex-
 exercitium comodo loco simul congre-
 garentur. Hæc autem orandi methodus
 appellabatur statio, cuius non semel
 mentionem faciunt S. Leo, S. Gregorius
 & alij: quod nomen translatum fuit à
 stationibus, in bello fieri solitis, vbi
 singulis noctibus quidam ex militibus
 successiuas agunt excubias siue vigili-
 as, excubantque & inuigilant, ne ho-
 stes ex inopinato castra adoriantur, &
 exercitum nihil tale opinantem pro-
 fligent. Ita & hi Christiani, qui ad Mar-
 tyrum sepulchra congregabantur, vi-
 gilant.

PROAEMIVM.

gilando & orando, quaedam quasi spiri-
rituales vigilias agebant, quibus reli-
quum Christianismum ab infidijs dae-
monium turabantur.

Hoc orationis genus, quibus quaque
hebdomada diebus fiebat, feriis videli-
cet quarta, in memoriam venientis
Christi: & feria sexta in memoriam
crucifixionis eius. Alijs etiam tempo-
ribus frequenter ad preces fundendas
conueniebant, aliquando longiores, al-
liquando breuiores, prout mysteria
quibus applicabantur, postulabant.
Quare erat apud eos oratio quaedam,
quae quinque horis, ad honorem quin-
que vulnerum Christi, durabat: & ea
appellabatur oratio quinq; horarum.
Erat & alia septem horarum: alia duod-
decim: Alia integrae diei, quarum vna-
quaeque cuidam mysterio vitae ac pas-
sionis Christi seruebat.

Inter omnes autem nulla fuit celebri-
or, oratione quadraginta horarū, pro-
pterea quod numerum hunc in utroq;
testamento valdè celebrem extitisse, &
in eo numero multa miranda opera à
Deo patrata fuisse constet. Quadragin-
ta enim

PROAEMIVM.

ta enim diebus pluit DEUS super terram, quando generali eluione totum genus humanum, praeter illos qui in arca erant, deleuit, vt terram mundaret. Post quadraginta dies Noë aperuit arcam. Quadraginta diebus Moyses fuit in monte Synai, antequam legem acciperet. Quadraginta annis populus Israeliticus in solitudine manna pastus fuit. Quadraginta diebus Helias vsque ad montem DeIOreb ambulauit. Quadraginta diebus & quadraginta noctibus Christus ieiunauit. Et post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis suis ad fidem illorum confirmandam mansit: deinde coelos ascendit. Sunt & alia sacrae scripturae loca, in quibus quadragenarij huius numeri mentionit, quae bpenitatis causa praetereo.

Itaque orationis quadraginta horarum prima origo fuit, quadragenarius hic numerus in sacris literis propter eximia haec opera & mysteria in eo peracta, celeberrimus: Et quamuis oratio quadraginta horarum, cuiuslibet horum mysteriorum in quadragenario numero peractorum attribui possit: nihilominus

PROAEMIVM.

minus illa specialius, ex ea populi
Christiani deuotione, mihi ortum, ac
que initium habuisse videtur, quod eam
ad memoriam quadraginta horarum,
quibus Christus in sepulchro iacuit, ap-
plicarent. Cuius, istud non obscurum
indiciū est, quod in hebdomada san-
cta fieri consueuerit, quemadmodum
& hodie aliquibus in locis eodem tem-
pore in vfu est, vt tum dona coelestia, &
peccatorum suorum praeceptorum ven-
niam impetrent, ad quae oratio opti-
mum & efficacissimum est medium.

*De virtute & efficacia Orationis qua-
draginta horarum.*

CAPITVLVS II.

IN sacro hoc exercitio orationis
quadraginta horarum, quae Neapoli
& per totam Italiam frequentatur,
quina concurrunt conditiones, quae
illud DEO acceptissimum, & ad illius
auxilium & gratiam impetrandam po-
tentissimum reddunt.

Primo. Exercitium hoc, est exerci-
tium

PROAEMIVM.

tiū orationis, quæ quam DEO grata
& iucunda sit, quamque efficax me-
dium ad attrahendam e cœlo in nos
diuinam misericordiam, testis est Ser-
uator noster, qui multa & illustria e-
ius exempla nobis reliquit. Cum e-
nim eam iam inde à prima infantia tan-
quam maximi momenti rem comple-
xus esset, retinuit eam deinde per to-
tam vitam & semper illius feruentissi-
mus amator extitit: ita vt non tantum
oraret in templo, sed etiam in monti-
bus & desertis locis. Nec contentus
erat multas diei horas diuino huic ex-
ercitio impendisse, verum etiam no-
ctes integras, vt S. Lucas cap. 6. testa-
tur, iungebat. Et, quod magis obstu-
pendum est, etiam in cruce inter acer-
bissima quæ patiebatur tormenta pre-
ces fudit, ac denique orans mori volu-
it: posteaquam enim pro Crucifixori-
bus suis precatus esset, & spiritum
suum in manus Patris commendasset,
expirauit. Præter insignia hæc exem-
pla, sæpe etiam ad frequentem oratio-
nem efficacibus verbis nos cohortatur:
contestans nos, si ianuam diuinæ mi-
seri-

PROAEMIUM.

fericordiae nobis aperiri, si à tenta-
tionibus eximi, si gratias & dona cœ-
lestia consequi velimus, opus esse vt
per orationem pulsemus, atque fer-
uentibus precibus hæc à Deo impetra-
re conemur. Demum vt Christus no-
bis demonstraret, quam oratio nobis
necessaria, sibi que grata & iucunda fo-
ret, præter tot exempla & admonitio-
nes, voluit etiam ipse Magister no-
ster esse in hoc orationis exercitio, at-
que nos de orandi metho do instruere,
quemadmodum apud Matth. cap. 6.
legi potest, vbi, discipulis quo-
modo orare debeant, interroganti-
bus, orationem Dominicam præscri-
bit.

Conditiones verò quæ orationem
quadraginta horarum ad impetranda
à DEO quæ petimus, efficacem consti-
tuunt: hæc sunt.

Prima est, quod sit publica: Ora-
tio autem publica, quæ à multis simul
funditur, multo efficacior est ad con-
sequenda cœlestia dona, quam ea quæ
priuatim ab vnoquoque concipitur,
quamuis enim hæc, si ardenti studio,
& in

PROAEMIVM.

& in spiritu humilitatis fiat, ad impetrandum diuinum auxilium apta sit, nihilominus oratio quæ à multis simul funditur, apud DEVM potentior est. Quod S. Chrysostomus confirmat, qui nonnullis, idcirco à frequentatione Ecclesiarum se abstinere affirmantibus, quod quisque domi suæ preces ad DEVM fundere posset, ita respondet: id quidem verum esse, sed facilius gratiam aliquam à Rege impetrari, quando vniuersa simul ciuitas coram Rege prostrata eam postulat, quàm si pro ea omnes singulatim Regi supplicent.

Secunda conditio est, quod sit continua. Quando ab arcibus alicuius oppugnatione nunquam desistitur, facile expugnatur: ita & oratio quæ pugna non absurde comparatur, quando continua est & feruens, DEVM expugnat, & diuinam clementiam nobis reddit propitiam. Cuius duo apud Lucam cap. 11. & cap. 18. illustria extant exempla. Prius est, de amico cuius perseverans importunitas, alte-

PROAEMIVM.

rum amicum de nocte surgere, & panes quotquot habebat necessarios, ei dare compulit. Posterius est de vidua, quæ tandem iudicem precibus interpellare non cessavit, quousque tandem voti sui compos facta est. Et Exodi cap. 17. aliud non minus præclarum de eadem in oratione perseverantia exemplum legimus: illic enim cum populus Israëliticus contra Amalechitas præliaretur, Moysen manus ad Dominum erigente, Israël vincebat, eadem verò propter lassitudinem demittente, vincebatur; sed tandem factum est, ut Aaron & Hur manus MOYSI sustentantibus, sicque facientibus ut continua illius esset oratio, populus Israëliticus perfectam de Amalechitis consequeretur victoriam. His duabus conditionibus constitit oratio illa, quæ pro S. Petro quando ab Herode in carcerem coniectus fuerat, fundebatur. Sic enim de illa scriptum est in Act. Apost. cap. 12. *Oratio autem fiebat sine intermissione, ab Ecclesia ad DEVM pro eo: & propterea exaudiri meruit, & Petrus &*
 car-

PROAEMIVM.

carcere per Angelum miraculosè liberatus est.

Tertia conditio est, quod fiat in Ecclesia. Non equidem ignoro, orationem quolibet loco fufam, DEO acceptam esse, modo id fiat in spiritu, vti orandum esse Christus ait ad Samaritanam: sed ea quæ in Ecclesia funditur, nescio quid habet amplius energiam, propterea quod ad hunc finem Ecclesiam potissimum constructa & sacrata fuerint. Præterea Ecclesia est domus DEI: qui ergo DEVM in domo sua orat, videtur gratiam aliquam inde à DEO postulare, sed qui pergit ad Ecclesiam orandi causa, domum DEI ingreditur, vt ab eo præsentè gratiam aliquam aut beneficium poscat: ideoque faciliore negotio id videtur impetraturus. Adde quod non sine mysterio, Spiritus sanctus in sacris literis Ecclesiam, domum appellet orationis, sicut legimus Matth. cap. 21. & Luc. cap. 19. de qua etiam 2. Paralip. cap. 7. dicit DEVS, *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit.*

Quar-

PROAEMIVM.

Quarta conditio est, quod fiat coram venerabili Sacramento, quod eo tempore foras extra tabernaculum exponitur, vt supplicationes singulorum excipiat, & quæ postulant, eis largiatur. Multum enim ad perfectâ orationem inuat, sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti conspectus: in illius enim præsentia populus est modestior, deuotior, attentior atque feruentior: ideoq; oratio sic fusa ad impetranda quæ petimus, efficacissima est.

Quinta & vltima conditio est: quod oratio quadraginta horarum propter quadragenarium numerum, in sacris literis, vti antea expoluimus, celebratissimum, & multis mysterijs grauidum, mystica sit.

De methodo orationem quadraginta horarum vtiliter instituendi.

CAPVT III.

CIVM exercitium hoc, vt paulò ante declarauimus, DEO gratissimum, & nobis fructuosissi-

PROAEMIVM.

num sit, condecens etiam est, ut à nobis benè ac rectè fiat. Ad illud autem rectè peragendum duo necessaria sunt. Primum est locus commodus, pius, & ornatus competenti numero candelarum, & imaginum earum maximè quæ Dominiæ Passionis mysteria repræsentant: in quo nullus sit inconditus strepitus, viri separati sint à mulieribus, magnus sit hominum ad orationem faciendam confluxus, vbi demum sermones aliqui breues, qui populum ad deuotionem & meditationem excitent, habeantur. Alterum ad orationem quadraginta horarum rectè instituendam necessarium, est deuotio, sine qua oratio languet. Ad excitandam verò in nobis hanc deuotionem, & tempus quo ibi moram facimus vtiliter & cum aliquo rerum diuinarum gustu expendendum, præsentem composui libellum, ut in eo vnicuique materiam in sancto hoc exercitio quantum velit moram trahendi suppeditarem.

Super omnia verò plurimum prodest ad hanc orationem accedere munda cum conscientia, & ab omni peccato libera,

PROAEMIUM

bera, ideoque bonum esset, prius confiteri, aut de peccatis ut minimum contemneri, sic enim in gratiam DEI homo redit & facilius exauditur. Laudabile præterea foret, ut ad Ecclesiam orationis faciendæ gratia pergens, Angelum custodem, aut alium ex Sanctis ad quem specialia deuotione afficeretur, inuocaret, ad assistendum sibi in sancto hoc exercitio: Et ut breuiter concludam, in quo quis alacrius, & feruentius orationem suam peregerit, eò facilius exaudietur.

Authoris in presenti Libello intentione.

CAPVT IV.

Intentio mea, in hoc opusculo (amicice Lector) est, illis opitulari, qui ad orationem quadraginta horarum ètè instituendam iuuari cupiunt. Et quia mentis euagatio nostras orationes inutiles & inspidas reddit: ea autem, ut plurimum inde accidit, quod intellectus noster rerum considerandarum copia destituatur, idcirco exercitia quædam

PROAEMIVM

dam spiritualia confeci, quæ rerum varietatem ad mentem stabiliendam, ne vagabunda in alias inutiles cogitationes oberraret, continerent.

Veruntamen ea parum vel nihil tibi proderunt, si tu ex parte tua, quod debes, non feceris, hoc est, nisi serio ad orationem te applicaueris, & eo tempore omni alteri negotio, inutiliq; cogitationi valedixeris; cogitans nimirum te coram diuina maiestate consistere, quæ non modo quid extra te, sed etiam quid intra te geratur, penitissimè inspicit.

Hoc igitur opusculum quadraginta complectitur exercitia spiritualia, totidem horis respondentia de sanctissimo Eucharistiæ sacramento, quod mihi maximè ad propositum facere visum est, quoniam oratio hæc in venerabilis Sacramenti, à quo gratias omnes sperare possumus, præsentia peragitur. In vnoquoque horum exercitiorum primum quinque puncta ad meditandum de sanctissima Eucharistia posui. Deinde colloquium eiusdem meditationis. Tertio, orationem in qua gratia
quæ-

PROAEMIVM.

quædam meditationi siue colloquio conformis postulatur. Quarto, vnum vel plura miracula de venerabili Sacramento. Quinto, documentum ex eodem miraculo desumptum.

Sexto & vltimò pro quibus orandum fit innuitur; charitas enim Christiana requirit, vt posteaquam pro nobis orauimus, pro proximis etiam DEVM precemur. Et quia nonnullis forsitan magis placebit, eo tēpore in sacratissima Christi passione meditanda versari, ea propter in fine huius libelli quadraginta puncta de eadem Dominica passione adiunxi, vnicuique horæ vnum punctum attribuēdo, quæ breuissima sunt, tum ne opus hoc nimium excresceret, tum quod alij libri talibus meditationibus pleni sint.

EXER-

EXERCITIVM I.

De amore quem Christus in hoc sanctissimo Altaris Sacramento exhibuit.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE frater mi, ingentem, quem tibi Christus in pretiosissimo huius Sacramenti donatione declaravit amorem: in quo semetipsum verum DEVM & hominem tibi donando, nihil nec maius, nec carius, nec animæ tuæ salutaris largiri potuit.

2. **C**ONSIDERA, Christi amorem tam flagrantem & effusum extitisse, ut semetipsum nullam rationem habuerit, quod tuis commodis & utilitatibus confuleret; nam proditionem suam, quam à Iuda iam conceptam & auspiciatam esse nouerat, disturbare atque euertere non curauit; sed ad instituendum pro salute tuâ venerabile hoc corporis & sanguinis sui Sacramentum, omnes suas curas & cogitationes contulit.

3. **E**XPENDERE tecum, Christo Seruatori satis non fuisse gloriosum corpus suum, ad

2 EXERCITIVM I.

ad perennem sui memoriam tibi relinque-
re: verum etiam voluisse, ut idem corpus a-
nimæ tuæ robur & vires conferret, eique
pignoris æternæ gloriæ loco esset. Quod
evidentissimum ardentissimi amoris illi-
us erga te est argumentum.

4. **C O N S I D E R A** magnum fuisse
inter I E S V Christi erga nos amorem, &
nostram ingritudinem certamen: ille
Christum ad huius eximij doni collationē
impellebat, hæc vero non donum sed sup-
plicium flagitabat: sed vicit amor, quia
Christus Saluator, non attempta ingrati-
tudinē nostrā, pretiosissimo ac saluberrimo
hoc dono nos impertiuit.

5. **C O N S I D E R A** amorem effecisse, ut
quamuis augustissimo hoc Sacramento,
neque digni, neque capaces essemus, imo
propter scelera nostrā graues potius pœnas
mereremur: nihilominus benignissimus
I E S V S ex hoc mundo transiturus, pro fla-
gellis quibus in nos animaduertere debe-
bat, singulari hoc Sacramento nos dona-
uerit.

COLLOQVIVM.

Quid ô Domine, bonitatis vidisti in
me, propter quod me tantoperè di-
lexisti, ut in venerabili Sacramento Altaris
remet-

DE SAC. EUCHARISTIAE. 3

temetipsum, coram quo ne Cherubim quidem digni sunt consistere, cuiusque maiestatem tota celestis aula reueretur, verè presentem relinquere volueris: O Spiritus Angelici, en verè possum affirmare, illum qui caelum & terram tremere facit, meum esse. quia DEVS illum mihi donauit. *Nobis enim datus nobis natus est ex intacta virgine.*

O bone IESVS, si penitus me introspicere voluisses, materiam potius odij, quam amoris & beneficiorum in me conferendorum occasionem reperire potuisses. Imo propter peccata & negligentias meas, à te potius vti rebellis & ingratus repelli merebar: sed charitas tua multitudinem peccatorum meorum operuit, eaque ab oculis tuis abscondit ac prohibuit, ne ad me cum virga, quemadmodum iustitia requirebat, sed caelesti cum munere, vti misericordiae tuae conueniebat, accurreres. Sufficiebant Domine, innumera, quae praecesserant à te mihi impensa beneficia, qualia erant Creationis, Conseruationis, Incarnationis & alia, quae numerari nequeunt: sed vt video, qui verè diligit, nunquam conferendis in amatum beneficijs satiari potest: atq; vt animaduerto, amor amati errores ac vitia contegit, ne in amati amore frigescat, atq; ab eo benefactis ornando se cohibeat.

A 2

Quid

EXERCITIVM I.

4
Quid igitur faciemus Anima mea ? Quid dabimus huic Domino, ita nos diligenti? Non vides, DEVM Patrem, & Filium inter se quasi certamen quoddam instituire, vter ardentius nos diligit, maioribusque nos beneficijs cumulet ? Pater ita dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum ei donaret. Filius ita dilexit nos, vt nobis corpus & sanguinem suū impertuerit. O amorem potētissimum. O donum pretiosissimum. Anima mea certemus nos etiam cū DEO, & si non possumus ei dare æquiualens, donemus ei vt minimum quod possumus & habemus. Tribuamus igitur illi cor nostrū, & vt hoc donum ei gratum iucundumque sit, largiamur ei illud animo prompto ac hilari, & cum amore, quia amor non nisi amore compensari potest.

ORATIO.

Amorosissime IESV, qui de cælis descēdisti vt ignem mitteres in terram, te obsecro per viscera charitatis tuæ, ita cor meum igne caelesti succende, vt cum amore, & per amorem laudem, honorem & suscipiam admirabile hoc Altaris Sacramentum,

DE SAC. EUCHARISTIAE. 5

mentum, à te per amorem salutis me a gratia institutum.

MIRACULA.

Refert Iacobus de Voragine *serm de sanct. s. Sacram.* Et ex eo Alphonsus Vigliegas *de Fruct. Sanctorum. Disc. 27.* Fœminam quandam ita cœlestis huius Sacramenti amore flagrasse, vt cum die quadam vehementi illius percipiendi desiderio, teneretur, & à Parocho facultatem obtinere nequiuisset, mœrore confecta, in angulum quendam Ecclesiæ sese abdiderit, seque totam lachrymis tradiderit. Dumq; illa acerba comploratione suam **D E O** infœlicitatem quereretur, ecce tibi ingreditur Ecclesiam venerandæ auctoritatis Prælatus, multis stipatus clericis. Hic sereno & blâdo vultu ad eam conuersus interrogat, cur ita plangeret. Illa cum fletus sui hanc causam esse respondisset, quod denegata sibi fuisset à Parocho facultas cœlestem sponsum suum, quem super omnia diligeret atque desideraret, in Sacramento Eucharistię suscipiendi; Prælatus iussit eam accedere ad tabernaculum, in quo sacræ hostiæ asseruabantur; lectoque Confiteor, è tabernaculo pixidem cū sacris hostijs protulit,
atque

atque earum vnam (erant autem ternæ) mulieri porrexit, dicens : *Corpus meum custodiat animant tuam in vitam aeternam* ; Ex quibus verbis mulier intellexit, eum esse Christum. Reposita autem pyxide, omnibusque peractis, Prælatus ille cum Clericis repente disparuit. Mulier vero ingenti, supra quam dici potest, consolatione delibuta fuit. Dumque in Christi benignitate exultaret, eique pro tanto beneficio gratias ageret, superuenit Parochus. Huic cum foemina totum rei successum exposuisset, ille tabernaculum referans, pixidemque in qua trinas reliquerat hostias examinans, binas duntaxat reperit. indeque rei veritatem intellexit. Quamobrem stupefactus, simul cū foemina Deo gratias retulit, qui sic afflitos consolatur, atque se diligentes nunquam deserit.

Idem auctor refert, S. Hilarium Episcopum Pictavorum, cuidam singulari castitate, atque in Deo pietate puellæ, promississe, se daturum ei sponsum sole speciosiore atque fulgentiore. Illa sponsi huius amore inflammata, petijt eum sibi demonstrari. S. Hilarius eam ad Missam suam inuitavit: Finitis verò Missarum sollempnijs, vocavit illam, & prolato corpore Domini, ait ad eam: *Filia ecce hic est spon-*
sus

DE SAC. EVCHARISTIAE. 7

sus à me tibi aliquoties promissus : suscipe igitur eum magna cum animi deuotione ac reuerentia. Illa amore illius succensa, tanto cum desiderio accessit, tanto cum affectu suscepit, & in spiritu tam fortiter ei se vniuit, vt anima eius à corpore separata fuerit, & ineffabili cum iubilo ad perstruendum caelestis sponsi nuptijs euolauerit. Fuit tum tibi exaudita caelestis melodia, Angelicorum spirituum concinentium & dicentium. *Gloria in altissimis DEO. Veni sponsa Christi, & percipe coronam quam tibi Dominus ex omni aeternitate preparauit.*

DOCUMENTVM.

Fili quandoquidem Christus amore impulsus, hoc amoris Sacramentum tibi donauit, necessarium est, vt tu etiam illum ames, si vis animam tuam ingenti illius desiderio teneri. Hoc autē desiderio flagrans, id consequeris, vt Christum suscipiens, exultes : & illo priuatus, cum hac muliere, affligaris & contristeris. Sicq̄, verificabitur in te illud Chrysostomi, Vnus sit nobis dolor, hac mensa priuari.

3 EXERCITIVM II.

Orabis pro S. Ecclesia Catholica, vtei
DEVS largiatur spiritum amoris & gra-
titudinis, quo pretioso huic muneri quod
à IESV Christo sponso suo accepit, factis
& operibus respondeat.

EXERCITIVM II.

*De sapientia quam Christus in hoc
Sacramento demon-
stravit.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Animapia,
quomodo pomi vetiti comestio
nos à DEO separavit, & à Paradiso terre-
stri exturbavit: Sed Christus sua sapientia
de alio nobis cibo prouidit, nimirum de
sanctissimo Altaris Sacramento, cuius es-
sus DEO nos coniungit, & ad cælestis Pa-
radisi gaudia perducit.

2. **C**ONSIDERA Christi sapientiam,
in eo quod modum ac rationem adinuen-
nit, quo nos in tractatione atque sumptio-
ne salutiferi huius Sacramenti securiores
redderet. Si enim semetipsum ibi, in gloria
& Maiestate sua exhibuisset, nemo propter
diuinæ

DE SAC. EVCHARISTIAE. 9

diuinæ Maiestatis splendorem accedere ausus esset: sed cęlestis noster Moyses Christus, velo accidentium se contexit, vt maiori cum securitate à nobis tractaretur & sumeretur.

3. **CONSIDERA** præterea, si Christus manifestè carnem & sanguinem suum in hoc Sacramento nobis proposuisset, neminem facillè ad illius sumptionem accersurum fuisse: maluit ergo sub speciebus panis & vini, quæ sunt communis hominum eibus, se occultare, vt sic homines libentius accederent, atque ad illius sumptionem inuitarentur.

4. **EXPENDE** Christum demonstrasse sapientiam suam in hoc Sacramento, quia cum nosset, aduentu suo cessatura esse omnia veteris legis sacrificia, instituit mysticum hoc Sacramentum, quod simul esset Sacrificium & Sacramentum; vt veluti Sacrificium **DEVM** nobis propitiaret, & veluti Sacramentum animas nostras sanctificaret.

5. **CONSIDERA** Christum in Sacramenti huius institutione, vsum fuisse sapientia sua, non vt illam mundo inaniter ostentaret, neque vt per eam homines attentos redderet: sed vt nostris potissimum, vtilitatibus consuleret: quam ob causam

ei plurimum obligati sumus.

COLLOQUIUM.

EXplicare me non sufficio Domine, utrum magis reluceat in tua sapientia, stupor an amor. Si enim considero artificium, quo in admirandi huius Sacramenti institutione usus es, stupor tam ingens mihi esse videtur, ut omnia cetera vincat. Si autem oculos mentis, ad finem, propter quem illud instituisti, videlicet ad salutem & utilitatem nostram, conuerto, amor ita mihi omnia superare videtur, ut alia longo post se intervallo relinquat. Quocirca ut securiori via insistam, nec aliquid temperè definiam, confiteor sapientiam tuam non minus stuporem quàm amorem spirare: uterque enim est infinitus. O Sancti Angeli, si obstupuistis in Verbi aeterni incarnatione, cum cerneretis diuinitatem nostræ humanitatis veste quodammodo contextam, quantus erit stupor vester, intuendo nunc Diuinitatē, Animam, & Carnem Christi: accidentibus panis obuelatam? Quid dicetis conspiciendo, quod increata sapientia edificauit sibi domum, ut nobiscum maneat, usque ad consummationem seculi?

Surge

DE SAC. EVCHARISTIAE. 11

Surge anima mea & vide, quomodo Regina Saba ab ultimis terrarum finibus, Hierosolymam ingenti cum labore ac sumptu perrexerit, ut Salomonis sapientiam præsens cerneret, & audiret. Et tu habes in hoc Sacramento illum, qui Salomone maior est. Habes DEI Filium, cuius sapientia, Salomonis sapientiam infinitis partibus superat. Quam igitur excusationem prætexes, si cælestis huius Salomonis in sacra hostia præsentis, non eam, quam par est, rationem habueris? Itineris longitudo, viarum asperitas, laboresque Regine Austri, tuam condemnabunt socordiam & dormitantiam. Munera, quæ Salomoni obtulit, tuam atque avaritiam & ingratitude: Idque eò amplius, quod Salomon quidem sapientia sua ad utilitatem & commodam propria usus est, nimirum ad domus sue rectam administrationem, & ad subditorum suorum causas ritè cognoscendas & dijudicandas. Christus verò sapientia sua ad utilitatem nostram usus est, ut videlicet animas nostras meritis & æterna gloria locupletaret.

O te beatam animam meam, si ab hac sapientia nunquam discesseris, quia si Regina Austri beatos iudicavit seruos Salomonis, eò quod coram eo semper assisterent, illiusque sapientiam oculis

oculis & auribus haurirent, quanto tu be-
 atior futura es, si non modo huic diuinæ
 sapientiæ semper astiteris, sed etiam eadem
 impletus fueris.

ORATIO.

Benignissime IESV, æterna DEI Patris
 sapientia, quemadmodum tibi placu-
 it, sublimia hæc mysteria à mundi sapien-
 tibus abscondere, & humilibus ac parui-
 lis ea reuelare: ita queso placeat tibi hæc
 mihi gratiam impertiri, vt omnem infeli-
 cis huius sæculi sapientiam, qua apud te
 nihil nisi stultitia est, deirem, & in tua
 sapientia sic proficiam, vt non tantum my-
 steria à te reuelata cognoscam, sed etiam
 secundum illa vitam & actus meos insti-
 tuam. Amen.

MIRACVLVM.

Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij lib. 2.
 cap. 41. scribit de matrona quadam, quæ
 S. Gregorio Missarum solennia per statio-
 nes celebranti oblationes obtulerat. Cui
 cum postea sacra mysteria traditurus esset,
 ac manum exporrigens diceret: Corpus Do-
 mini

DE SAC. EVCHARISTIAE. 19

*mini nostri IESV Christi, custodiat animam tuam
&c. lasciuia subrisit. Ille continuo dexteram
ab eius ore conuertens, partem illam Do-
minici corporis super altare deposuit. Ex-
pletis vero Missarum solennijs, matronam
coram populo, quam obrem Dominicum
sumptura corpus ridere praesumpserit, in-
quisiuit. At illa diu mussitans, tandem pro-
rupit. Quia panem, inquit, quem proprijs ma-
nibus me fecisse cognoueram, tu corpus Domini
perhibebas. Tunc Gregorius pro incredulita-
te mulieris, cum tota plebe se in orationem
prostrauit. Et oratione expleta, particulam
panis in carnem mutatam reperit. Qua in-
credulae demonstrata, & illam ad fidei gra-
tiam reuocauit, & populum in ea miraculo
confirmauit. Rursusque in orationem pro-
stratus, carnis frustum in panis primordia
reformauit, & matronae iam credulae por-
rexerat, quae multis cum lachrymis, & mag-
na animi sui voluptate illum sumpsit.*

DOCUMENTVM.

*F*lli si fixis oculis Solem intueri velis, fa-
cile visus iacturam facies, quia Solis
lumen magnum & potens est, pupilla autem
oculorum tuorum exiguae ac debiles sunt:

pari ratione si intellectu tuo per exiguos
 diuinis mensurare volueris, tecumq; cogitare
 DEVM nihil supra id quod tu capere vel
 intelligere valeas, efficere posse, anima
 aspectum, id est fidem amittes, & instar
 huius matronæ in infidelitatis focum incidet,
 vti enim Scriptura inquit: Scrutator
 Maiestatis opprimetur à gloria. Quamobrem
 fili mi, noli velle inuestigare, quomodo hoc
 vel illud in hoc Sacramento fieri possit,
 sed totum refer ad omnipotentem DEI
 sapientiam, quæ plura scit & potest, quam
 tu intelligentia possis comprehendere.

Orabis pro summo Pontifice, vt DEVS
 largiatur ei sapientiam, Ecclesiam sibi
 concreditam per veram doctrinam,
 & sanctæ vitæ exempla re-
 ctè moderan-
 di.

EXER.

EXERCITIVM III.

*De potentia quam Christus in hoc
Sacramento demon-
stravit.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE animapia, in-
gentem illorum paucorum conse-
crationis verborum efficaciam, quæ à DEO
talem acceperunt virtutem, vt Christum
de cælis attrahere, & panis ac vini substāti-
am in verum Christi corpus & sanguinem
transsubstantiare valeant.

2. CONSIDERA naturalem acciden-
tium proprietatem esse, inhære substan-
tiæ, sed in hoc Sacramento Christi potenti-
am effecisse, vt accidentia panis & vini:
quæ sunt, quantitas, figura, color, odor, &
sapor, subsistant per se, sine substantia panis
& vini: quod est supra naturæ ordinem, sed
non supra Christi potentiam.

3. CONSIDERA alios cibos in substā-
tiam manducantis conuerti, at Christi Sal-
uatoris potentiam effecisse, vt cælestis ei-
bus huius Sacramenti, dignè manducantē
in se transmutet, sibi que similem, hoc est,
sanctum.

sanctum, spiritualem, & diuinum efficiat.

4. CONSIDERA dæmones tanto sacræ huius Eucharistiæ odio incensos esse, vt si possent, ex omnibus Ecclesijs eam auferrent: sed tantam è contrario esse eiusdem Eucharistiæ potentiam, vt Dæmones non modò illam formident, sed etiam eò, vbi illa asseruatur, appropinquare non audeant.

5. CONSIDERA Christi potentiã, augustissimum hoc Sacramentum à quamplurimis hæresibus quæ illud impugnarunt, defendisse: nam virtute Christi, hæreses profligatæ, & Sacramentum hoc illustrius redditum, clarius agnitum, maioriq; in æstimatione ac pretio apud homines habitum fuit.

COLLOQVIUM.

MAnifestum est, Domine, mensuram voluntatis tuæ, esse potentiam tuam, quia tantum facis, quantum vis: non eadè est nostræ voluntatis conditio, qui multa facere vellemus, sed in opus ea conferre nequimus, quia potestas nostra eo vsque se non extendit. Clarum præterea est, te omni tempore eximia & præclara opera esse-

DE SAC. EVCHARISTIAE. 19

effecisse, quia potentia tua semper magna extitit.

Recordare Domine, quod antequam filijs Israël Manna de caelo praeberes, illos à durissima Aegypti seruitute, in manu potētī & brachio excelsō liberaueris: vt significares, ei qui Māna caeleste gustare cupiat, opus esse, primum ab inordinatis animi passionibus & peccati seruitute vindicari. Caterum, pie Domine tu non ignoras, ex nobismetipsis nihil nos posse, sed omnem sufficientiam nostram à te existere; quare nisi potenti manu tua nobis opitulatus fueris, in miserijs Aegypti cōsenescemus, nec tibi Sacrificium offerre, neque Manna caeleste gustare poterimus: quod etiam populo tuo Israël euenisset, nisi tu manum tuam contra Pharaonis tyrannidem extendisses. Recordare praeterea nos esse populum tuum, & filios tuos, multisq; miserijs & calamitatibus oppressos iacere.

Et quid Domine proderit nobis, quod in augustissimi huius Sacramenti institutione, & in Ecclesie conseruatione, immensā potentiam tuam demonstraueris, si illud gustare, atque percipere digni non sumus? Necessaria est nobis igitur tua potentia, quae nos de indignis, dignos constituat. O sancti Patriarchae, qui potentiae & signorum, quae

quæ DEVS vestri gratia in AEGYPTO patrauit, oculati testes extitistis, dicite nobis, quibus officijs aut obsequijs DEVM vobis demerulistis, quod tantis vos beneficijs ornaret? Sed ô si diligenter attendamus, longè præclariora nos à DEO beneficia percepisse inueniemus. Accepimus enim DEI filium, qui se nobis in cruce moriens in pretium, & in hoc Sacramento in cibum contulit, quo refecti ad cælestem patriam perueniremus. Verum tu Domine nostri, nihil nos posse nisi primò Sacramentum hoc suam in nobis potentiam ostendat, nosque totos in se conuertat. Quandoquidem ergo Domine potentia tuataalis est, vt nihil eam vincere possit, fac Domine, vt nunquam virtuti huius Sacramenti resistam, sed volens libensque illi me in se conuertendum offeram, vt sic vnus tecum spiritus efficiar.

ORATIO.

Magne & omnipotens DEVS, te oro, tuâ potentia meam subleuet imbecillitatem, vt cum Matre tua dicere valeam: Fecit mihi magna qui potens est. Fac, Domine, vt sub tua protectione semper

*per viuam, quia tūm, quocunque ambula-
uero, non timebo mala quoniam tu me-
cum es, & te mihi adſiſtente nemo un-
quam proualebit aduerſum me.*

MIRACVLVM.

Legitur in vita S. Clarae, temporibus il-
lis quibus Imperator Fredericus Ec-
clesiam vehementer opprimebat, accidisse,
quod Saraceni gens pessima, in monaste-
rium illius irrueret. Cumque caeterae mo-
niales formidine plenae, trepidantes ad
matrem accurrerent, eique haec cum la-
chrymis referrent; Illa impauida corde,
arrepto sacratissimo Christi corpore, ad
ostium processit, illudque eo in loco, per
quem hostes ascensum moliebantur, tan-
quam fidele scutum constituit. Deinde se
totam in oratione coram Domino pro-
sternens, Christo cum lachrymis ait. *Placet, mi
Domine, inermes ancillas tuas quas tuis amoribus
inu utrius, manibus ecce tradere paganorum.* Mox-
que denouae gratiae propitiatorio, vox quasi
pueruli ad eius aures insonuit. *Ego vos semper
custodiam.* Nec mora, statim canum illorum pau-
facta fuit audacia, & per muros, quos ascen-
derant, celeriter descendentes, Christi virtute
detur-

deturbati sunt. Refert hoc Surius Tom. 4.
& Alph. Vigliegas de Fruct. sanct. disc.
27.

DOCUMENTVM.

Fili, si desideras per augustissimum hoc
Sacramentum ab hostibus anima de-
fendi ac protegi, exemplo S. Clara, Sacra-
mentum hoc singulari pietate ac religione
venerare, cole, & omnem fiduciam tuam
in illo constitue, Nam cum ille ibi presens
sit, ad cuius presentiam columna cali &
Demones contremiscunt, illo tibi assisten-
te, atq; te protegente securus esse potes,
no mundu, non carnem, non demones ad-
uersum te preualituros: quemadmodum
nec Saraceni, aduersum has Christi vir-
gines, hoc presidio fretas preualere potue-
runt.

Orabis pro Imperatore, vt DEVS illum
contra fidei hostes potentem, & Ecclesie
strenuum defensorem & protectorem fa-
ciat.

DE SAC. EUCHARISTIAE. 21
EXERCITIVM IV.

*De bonitate, quam Christus in hoc
Sacramento demon-
stravit.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE anima Christi-
ana, quam magna fuerit Redempto-
ris nostri bonitas, in eo quod nobis augu-
stissimum hoc Sacramentum contulit:
quam ex doni excellentia cognoscere po-
teris, quod cum rem infiniti valoris conti-
neat, sequitur etiam bonitatem à qua eadē
proficiscitur, esse infinitam.

2. CONSIDERA eiusdem bonita-
tis magnitudinem ex circumstantijs intel-
ligi posse, potissimum ex amore, quo cum
cœleste hoc donum nobis impartitus est:
is enim quia immensus est, consequitur
quoque bonitatem immensam & intermi-
nabilem esse.

3. CONSIDERA Christum præterea
in hoc evidentissimum bonitatis suæ argu-
mentum dedisse, quod in eximij huius do-
ni collatione, non sua spectavit commoda,
sed ad nostram duntaxat utilitatem respe-
xit.

4. A. D.

4. **ADVERTE** Christum adhære, quantæ bonitatis sit, demonstrasse in eo, quod in augustissimo hoc Sacramento, Christianis omnibus se manducandum exponat, ne illis quidem, qui pro tanto beneficio nullas ei gratiarum actiones referunt, ideoq; ingritudinis crimine se commaculant, exceptis: nam tantò bonitas eius manifestius elucet, quantò vniuersalius cunctis se communicat.

5. **CONSIDERA** modum, quo cum Christus se nobis in hoc Sacramento communicat, & inde multò luculentius bonitatem illius refulgere conspicias. Quia vt merita nostra augeret, voluit nos credere, se in hostia consecrata verè præsentem adesse, vt quoties eum veneraremur, honoraremus, aut adoraremus, toties augmentum gratiæ in terris, & gloriæ in cælis promereremur, quod nequaquam fieret, si Christum oculis corporeis in sacra hostia cerneremus.

COLLOQVIUM.

QVando tu Domine, cælos & elementa condidisti, immensam bonitatem tuam in nos haud obscure demonstrasti, quia nobis, & ad ministerium nostrum cæli
mouen-

inuenitur : nobis terra fructus progerminat : nobis mare pisces producit : nobis cætera animantia seruiunt. Sed quid mundi creationi cum augustissimo hoc Sacramento : Quid terræ cum DEI Filio, in sacra hac hostia verè præsentis : Quæ comparatio inter donare aliquid, & donare semetipsum ? Anima mea, vis nosse quam magna sit obligatio tua ? tanta est, quanto maior est DEVS mundo. Verum animaduerte, non in hoc dono substituisse diuinam bonitatem, sed multo excellentius se manifestasse in effectu doni. Non enim cæli, & planetæ conuersione sua, nec terra fructuum progerminatione, nec mare piscium productione nos meliores, probiores, diuinisque oculis gratiores efficit, sed hæc ad conseruationem tantummodo vitæ humanæ vobis profunt : At saluti ferum hoc Sacramentum, nos probos & sanctos reddit, meritis locupletat, gratia decorat, gloria coronat, diuinoque conspectui, acceptiores & iucundiores constituit. O bonitatem infinitam. O fontem omnis boni nostri : Nonne igitur confusione digni erimus, si inter infideles aliqui Christianis probiores & virtutibus ornatiores reperiantur ?
Nonne

Nonne maius supplicium merebimur, si post tantum donum gentiles in bonis & præclaris actionibus moliendis, nos superauerint? Cælestis Sol qui in Sacramento hoc refulget, non lucescit infidelibus & incredulis, sed nobis duntaxat Christianis: nobis dicitur, *Ambulate dum lucem habetis*. Cæterum, Domine, quamuis inficiari nequeam nobis hunc solem lucere: sed ut ad cælum, ad patriam videlicet nostram pertingere queamus, non modo lux, sed etiam vires nobis necessariae sunt. Eia anima mea, Dominus I E S U S pro immensa bonitate sua, eodem Sacramento de utroque tibi prouidit. Cibus vires præbet ad ambulandum: Lux verò semitam comonstrat. Ecce anima mea, Venerabile hoc Altaris Sacramentum, quia Christum iustitiæ Solem in se complectitur, est lux, ad viam contemplandam nos illuminans. Est & cibus animarum nostrarum, ad iter peragendum nos roborans & confortans. Si enim panis subcineritius, qui fuit sanctissimi huius Sacramenti figura, tantam fortitudinem Helix Prophetae suppeditauit, ut in fortitudine cibi illius ambulauerit, usque ad montem DEI Oreb, ubi DEVM cospexit: quanto magis id faciet cælestis hic cibus qui per illum panem præfiguratus fuit?

ORA-

ORATIO.

Misericordissime IESU, fons viue om-
nis bonitatis, te obsecro per amorem
quo Ecclesiam tuam complecteris, hanc
mibi gratiam impertire, vt voluntas mea
nunquam discedat à te, quo Bonitas tua
nullo vnquam tempore separetur à me.
Fac Domine, vt ita beneplacito tuo, cõfor-
mis sim, vt nihil velim, nisi quod tu me vel-
le vis, sicq; per diuinissimum hoc Sacra-
mentum, aliquam tue bonitatis partem
consequi merear, Amen.

MIRACVLA.

Paschasius in lib. De Corpore Domini cap.
14 scribit, Presbyterum quendam ad-
modum religiosæ ac sanctæ conuersatio-
nis, D E V M diligentissimis precibus oraf-
se, vt sibi Christum in sacra hostia visibili-
ter pro consolatione sua ostendere digna-
retur. Exauditus est post multas & assiduas
preces, & quodam tempore in forma spe-
ciosissimi pueri inter Missarum solennia,
eum contemplatus est: ex cuius aspectu, in-
credibilem animo hausit voluptatem. Idẽ
Paschasius ait: D E V M huiusmodi miracu-
la

la edere consueuisse, partim ad confirmandos simplicium animos, vti fecit in eo miraculo quod S. Gregorio Pontifici contigit, & nos supra retulimus: partim ad eorū qui D E V M feruenti affectu diligunt consolationem, quemadmodum huic Presbytero euenit.

Contrà verò de Ludouico Rege Francorum literis proditum est; cū aliquando per Ecclesiam quandam, in qua tum hostia consecrata, in veram carnem miraculosè immutata cernebatur, transiret, atque ab alijs ad eam spectandam inuitaretur, recusauit dicens: Se firmissimè credere, in hostia consecrata Christum Dominum in carne, sanguine, anima, & diuinitate verè præsentem esse: hæc autem miracula, D E V M ad incredulorum in fide confirmationem, atque omnis dubieratis ab animis eorum sublationem, fieri permittere: ideoque incredulos ad hoc spectaculum inuitari debere; non se, qui hoc indubitanter crederet. Alio tempore, cū idem Rex rei diuinæ interesset, atque à milite quodam admoneretur, oculos ad aliud altare conuertere, vt alterius sacerdotis celebrantis sacram hostiam, in speciosissimi infantuli speciem conuersam cerneret, nihil se commouere voluit; sed respondit: se malle
Christum

DE SAC. EVCHARISTIAE. 27

Christum oculis fidei quàm corporis in-
cueri, propterea quod hac ratione plura si-
bi merita congregaret. Hanc historiam re-
fert Henr. part. 1. Instit. ser. 5.

DOCUMENTVM.

Fili da operam, vt quantum ex te est,
exemplo sacerdotis huius, IESVM ar-
dentissime diligas, sic enim non deerit tibi
diuina consolatio: & si non datum fuerit
tibi, oculis corporeis Christum in sacra ho-
stia contemplari, veluti Presbytero huic
concessum fuit, dabitur tibi, vt minimum,
vt illuminatis animæ oculis, lumine fidei
eum contempleris, eoque perfruaris, qui a-
spectus certior est quam corporea visio, &
fructuosior, quam si manibus eum contin-
geres, quemadmodum Rex Francorum
Ludouicus rectè sensit.

Orabis pro Rege nostro, vt D^eus illi vi-
tæ sanctitatem, atque gubernandi periti-
am largiatur:

EXERCITIVM V.

*De humilitate quam Christus in hoc
Sacramento demon-
stravit.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE anima fidelis, quomodo Christus diuinissimum hoc Sacramentum instituturus, tantam in se humilitatem exhibuit, vt etiam Angelos attonitos reddiderit. Quia surgens à mensa, præcinxit se linteo, & ante Apostolos suos in genua procumbens, sordidos eorum pedes lauit.

2. **C**ONSIDERA, quomodo humilis IESVS quamuis exploratum haberet, iam à Iuda se hostibus suis Iudæis vili pretio venditum esse, non tamen in eum excanduit, sed humillimè tantam iniuriam tolerauit, & in vicem tanti sacrilegij puniendi, semetipsum ei in salutifero hoc Sacramento præbuit, vt sic eum ad lapsus sui agnitionem reuocaret.

3. **R**EVOLVE quomodo Christus Dominus, maiestatis & excellentiæ suæ quodammodo oblitus, non modò se nobis
in

DE SAC. EVCHARISTIAE. 29

in cibum in Sacramento hoc mystico præbuit, sed etiam ab hominibus indignis, sceleratis & factilegis, sumi non dedignatur.

4. EXPENDE tecum Christi humilitatem, quo ad idem Sacramentum: quia licet in cælis in gloria sua adoretur & colatur ab Angelis; nihilominus quoties Sacerdos confectat, etiam in terris in sacra hostia verè præsens esse, ac versari ad hominum salutem & utilitatem non detrectat.

5. CONSIDERA, Christum humilè non dedignari, etiam ad Sacerdotis scelerati sacra consecrationis verba proferentis, de cælis in altare descendere: nec prætereacurare, an consecratio in vrbe celebri, magna cū pompa & apparatu: an verò in oppido seu villa, sine vilo apparatu peragatur quia amorosa humilitas ipsius effecit, vt secunctis, ad omnes homines iuuandos accommodaret.

COLLOQVIVM.

○ Angeli, ô Cherubini, ô Seraphini, ô omnes beatorum anime, surgite atq; sedibus vestris relictis descendite, vt contemplemini Regem vestrum sub specie panis absconditū, ab amoris potētia ad tārā

B 3 humi-

humilitatem redactum, ut cibus effectus sit hominum. Intuemini cum quamdiu libet; inuenietis enim, eundem illum qui in cælis imperat; qui gloriosus ad DEI Patris dexteram refidet; cui vos in sublimi maiestatis suæ throno sedenti ceruices vestras inclinatis; qui denique cælum & terram, & quicquid eorum complexu continetur creauit, factum esse cibum & alimentum nostrum. O opus stupendum. Quando huic vnquam in mûdo simile auditum fuit, quod *manducet Dominum pauper seruus & humilis*? Verum quid dicetis, ô Spiritus superni, de profunda humilitate vestri & nostri Creatoris? Nû cantabitis ei, *Gloria in altissimis DEO*, quemadmodum in die natali eius cecinistis, quando in stabulo ac præsepio humilis, & carne nostra circumamictus apparuit? An verò concinetis ei, *Panis Angelicus sit panis hominum*, quâdo quidē modo etiam humilis & accidentibus panis contactus apparet?

Aduerte anima mea, quomodo Seruator noster summæ maiestatis Dominus, nostri causa indies magis ac magis sese humiliet. Ut nobis inferuieret, factus est seruus noster. Ut nos cælesti doctrina instrueret, factus est magister noster. Ut nobis *semitam æternæ felicitatis demonstraret,*
factus

factus est dux noster: Denique vt nos cibaret, factus est panis noster Quid autem hoc aliud est, quàm se humiliare propter commodum nostrum? O humilitatem inauditam. Quandoquidem ergo Domine pretiosus hic cibus à te cum humilitate prae-
 paratus fuit, necessarium quoque erit, vt ego eum summa cum animi submissione ac humilitate suscipiam. Sed quis mihi largietur hanc humilitatis virtutem, tibi tantoperè gratam, mihiq; ad huius Sacramenti sumptionem apprimè necessariam? ad què pro auxiliij imploratione me conuertam? cuius opem inuocabo? O M A R I A præclarum veræ humilitatis exemplar, dignare apud humilem Filium tuum pro me intercedere, mihiq; hanc gratiam impetrare, vt intus & foris vestiri merear humilitate, vt hac nuptiali veste indutus, atq; corâ Filio tuo comparens, non audiam: *Projicite eum in tenebras exteriores.* Fac Mater sanctissima precibus tuis, vt quemadmodum tu Mater D E I & Angelorum Regina constituta, ancillam Domini te nuncupasti, non ex nuda quadam cæremonia, sed quod reuera sic de teipsa in corde sentires: ita & ego intrinsecus indignum (vti reuera sum) me censeam, qui augustissimi huius Sacramenti particeps efficiar.

ORATIO.

O Humilis & mansuete IESU, qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, illustra mentem meam luce tua, vt intrinsecus agnoscam quis ego sim, & quis tu, qui sub sacra hostia vere contineris, ne specierum te obuelantiū vilitas, tua maiestatis excellentiam à me abscondat: & vt meam humilitatem peruidens, cor à augustissimo hoc Sacramento me profundissime humiliem, quod tu summa cum humilitate instituisti, vt me per illud ad caelestempatriam proueheres & exaltares.

MIRACVLA.

A N N O à Natiuit. Domini. 1384. in pagge Seueid quidam Osuualdus Mulser nobili ortus prosapia, tempore Paschali ex præcepto Ecclesie sacram Eucharistiam percepturus, communi hostia non contentus, maiorem sibi consecrari voluit. Cui Sacerdos ex metu perniciosè assensus est. Cumq; consecratione peracta, sacram hostiam prædicto Osuualdo porrecturus, & linguæ impositurus esset, statim terra sub

DE SAC. EVCHARISTIAE. 53

Sub pedibus eius quasi eum absorptura,
fatiscere atque aperiri cœpit, quem etiam
ad genua vsque iam deglutiuerat, cum ecce
manibus altare iuxta quod genua flexerat,
apprehendit, sed illud repente, quamuis ex
durissimo lapide constaret, instar ceræ
liquefactum, manibus eius ita cessit, vt ma-
nuum eius vestigia in lapide impressa re-
manserint. Diuinam igitur vindictam
miser præsentiens, & penitentia temerita-
tis suæ mox ductus, veniam superbiæ atque
arrogantiæ suæ à DEO flagitauit. Cum
verò DEO id haud quaquam permittente,
sacram hostiã deglutire nequiret, Sacerdos
eam recipiens in sacrarium reposuit, quæ
etiamnum hodie istic sanguineo colore
diuinitus tincta, & ex linguæ salina non-
nihil contracta conspicitur. In altari etiam
adhuc nostra ætate manuum Osuualdi ve-
stigia ceruantur & contrectantur: & iuxta
illud terræ hiatus, à quo iam absorberi cœ-
perat, modò ferreis cancellis obrectus. Til-
man. Bredenbach. lib. 1. sacrar. collat. cap. 42.
vbi hanc historiam fusius narrat.

S. Hieronymus in extrema infirmitate
constitutus, cum vitæ suæ finem adesse in-
telligeret, Dominicum corpus sibi adferri
poposcit. Quod cum allatum esset, in terrã
sacco instratam è lecto se deponi voluit,
B 5 ibique

ibi que genibus magna cum humilitate ac reuerentia flexis, sacrum Christi corpus suscepit. Eusebius *in vita ipsius*.

Surius 28. Ianuarij, de S. Margareta filia Regis Hungariæ, scribit; illam in augustissimi huius Sacramenti susceptione tanta humilitate solitam vti fuisse, vt cum præter ieiunium præcedentis diei, quo pane tantum & aqua contenta erat; & totam noctem in orationibus transactam, cum ignoraret quibus præterea obsequijs, quoue cultu ac humilitate sacrum Christi corpus veneraretur, mappulam ante communicantes expandi solitam, tenere consueuerit.

S. Bonauentura, cum quodam tempore fratribus communicantibus, in choro feruentes ad DEVM preces funderet, seque augustissimi huius Sacramenti sumptione indignum reputaret, nec vel mille annos sibi ad condignam præparationem sufficere iudicaret, tam grata & iucunda fuit DEO hæc animi submissio, vt miraculose illum sacrae Eucharistiæ, participem fecerit; quædam enim sacrarum hostiarum ab altari, in os eius aduolauit

DOCUMENTVM.

Fili, recordare Sacramentum hoc appellari Eucharistiam hoc est, bonam gratiam: Et nosti, gratiam humilibus duntaxat conferri, quare qui animo arroganti & elato ad haec sacra mysteria se ingerere praesumit, à DEO, qui reuera in hoc Sacramento praesens est, derelinquitur. DEVS enim, Scriptura teste, superbos à longè cognoscit. Hinc igitur intellige ac documentum cape Fili, quod quanto profundius te humiliaueris, tantò diuinae Maestatis oculis gratior eris.

Orabis pro omnibus Prælati & Dominis terrarum, vt DEVS sui ipsorum cognitione illos illuminet, seque perinde vt subditos suos de terra formatos agnos-

cant.

86

EXER-

EXERCITIVM VI.

*De liberalitate qua Christus in nos
usus est, in Sacramenti huius
donatione.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE anima mea, quam liberalis fuerit Christus in nos, quando augustissimum hoc Sacramentum nobis contulit: Etenim nō modo sua, sed etiam seipsum illi donare, qui potius supplicium quam beneficium mereatur, est actus heroicæ arque amorosæ liberalitatis. Talis autem fuit Christi Seruatoris nostri liberalitas, qui in hoc Sacramento se ipsum & omnia sua nobis immerentibus, largitus est.

2. **C**ONSIDERA sublimiorem adhuc liberalitatis gradum, quando nimirū quis laborat, ut ea quæ non habet consequatur, eaque deinde alteri impertiatur: Idem DEI Filius fecit: cum enim in diuinitate sua corporis & sanguinis expers esset, de cælis descendit, humanamque sibi naturam copulauit, ut corpus & sanguinē quæ nobis in hoc Sacramento largiretur, haberet.

3. EX-

DE SAC. EVCHARISTIAE. 37

3. EXPENDE tecum, in eodem Sacramento Christum tres condiciones perfecti liberalis obseruasse, nimirum: Donare multum, Recipere parum, & Nihil reposcere. Nam semetipsum nobis donando, re infiniti valoris nos impertiuit. Recipiendo nos & omnia nostra, parum recepit: & ea quæ à nobis exigit, ad nostram duntaxat utilitatem requirit; ad suam verò nihil vult neque postulat.

4. CONSIDERA Christum per uenerabile hoc Sacramentum magna in Christianos liberalitate usum fuisse, quia plurimi à varijs periculis eruti fuere: non pauci in necessitatibus suis, præsens auxiliũ & gratiam senserunt, eo quod ad augustissimum hoc Sacramentum confugissent.

5. REVOLVE tantam esse Christi Seruatoris liberalitatem, vt hominibus propter infirmitatem ad Ecclesiam, pro huius salutiferi Sacramenti sumptione, quo ex hac vita fæliciter decedant, accedere non valentibus, ægros in domibus suis inuisere non dedignetur, ne tanto solatio defraudentur.

COLLOQVIVM.

Magna tibi Domine subesset ratio
manum tuam ad te retrahendi, nec
tantam in nos liberalitatem exercendi,
quandoquidem ingratitude nostratam in-
gens ac detestanda est, vt te potius ad fla-
gella super nos multiplicanda, quàm dona
in nos cōferenda prouocare possit. Væ no-
bis, si liberalitas tua nobis non succurreret.
Hæc enim illa est, quæ te in donando ac
beneficijs in nos congerendis promptū &
facilem, in castigando autem & puniendo
parcum reddit, Hæc est quæ claudit & ape-
rit oculos tuos. Claudit, ne scelera nostra
ad iram te prouocantia conspicias: aperit,
vt necessitates nostras intuearis, quia tibi
propriū est, *dare omnibus affluenter & non*
improperare. Quod tu Domine, Sacra-
mentum hoc nobis impertiueris, benefi-
cium tale est, vt tantæ liberalitati nullis
officijs respondere queamus; ac proinde
nisi nos in hac ingratitude mori malis,
vt aliud nobis donum largiaris, opus est:
nimirum vt tantam nobis gratiam confe-
ras, quanta ad cæleste hoc Sacramentum
dignè tractandum requiritur. Anima
mea gaude, nam benignus I E S V S eius
est

DE SAC. EVCHARISTIAE. 39

est liberalitatis, vt fideles beneficijs quibus eos ornat, obligatos ac deuinctos manere non permittat, sed debitum leuius reddendo, eis ad illud exoluendum auxilio sit. Aduerte quod non exigat à nobis grandia pro dono pretiosi huius Sacramenti in nos collato, sed tantum requirit, vt illud honoremus, laudemus, & cum amore percipiamus; illam duntaxat præparationem adhibendo, quam vires nostræ permittunt: ad quam etiam perficiendam nos adiuuat & roborat. O amorosam liberalitatē. O bonitatem interminabilem. Ingentia donare, & exigua recipere, actus est magne liberalitatis ac beneficentiæ: auxilio verò etiam esse ad exigua illa persoluenda, omnis liberalitatis ac beneficentiæ terminos excedit. Anima mea, homines sæpè numero aliorum etiam sanguinem exhauriunt, vt plurima quæ desiderant adipiscantur.

Non ita Christus Seruator noster, qui vt multa nobis donaret, pretiosum etiam sanguinem suum nobis impartitus est. O sancte & benedicte Pellicane, qui carne ac sanguine tuo nutris filios tuos, parum est ad tantam liberalitatem, confiteri, quod tibi adscribenda sit tota vita nostra: parum est expendere in obsequijs
tuis

40 EXERCITIVM VI.

tuis vires & sanitatem ; quia pluris valet
vna pretiosi sanguinis tui gutta , quam
mille mundi : & ea quæ tibi donantur , quæ
que pro tui amore expenduntur , multipli-
cato fænore , ad donantem vel expendea-
tem reuertuntur .

ORATIO.

Misericordissime IESV, qui aperiendo
manum tuam imple omne ani-
mal benedictione, te humiliter rogo, vt
pios oculos tuos ad miseras & infirmita-
tes meas conuertas, atque necessitatibus
meis tua liberalitate subuenias. Et quia
tibi proprium est, esurientes implere
bonis, accende in me flagrantissimum
huius pretiosi corporis tui desiderium, vt a-
periente me os anima mea, ad te laudan-
dum aut suscipiendum, impleatur ea do-
nis caelestibus, quæ per salutiferum hoc Sa-
cramentum fidelibus impartiri soles.

MIRACVLA.

Cum Rodolphus Comes Habsburgicus
quodam tempore venationi operam
daret, atque ingenti oborta pluuia, Sacer-
dotem

DE SAC. EVCHARISTIAE. 41

dotem quendam cum IESU Christi sacrosancto corpore, ut exituro culpam ex hac vita, in proxima casa viaticum præberet, in via, iter pedibus ingredientem inuenisset, de equo descendit, adorataque sacratissima Eucharistia, Sacerdotem pallio suo contactum, & equo impositum, usque ad ægrotum, tanquam à pedibus frænisque minister deduxit, indeque ad eadem Sacram, cui Sacerdos præsidebat, reduxit. Sacerdos Comitum pietatem & humanitatem admiratus, DEO gratias egit, diuinamque bonitatem precatum est, ut insolitam hanc religionem remuneraretur. O rem mirabilem: intra paucos annos Rudolphus Comes declaratus fuit Romanorum Imperator, & Successores eius Archiduces Austriæ, Principes & Reges plurimarum nationum. Verè igitur dici potest, magnificentiam domus Austriacæ à deuotione ac pietate erga augustissimum hoc corporis Domini sacramentum initium sumplisse. *Theat. vitæ hum. vol. 2. l. 3. tit. Sacrorum.*

Anselm. in lib. de miracul. & Iac. de Vorag. de solennit. Corp. Christi, referunt: Nigromantico cuidam, arte atque carminibus suis adiuratum apparuisse dæmonem in specie adolescentis sexto redimiti. Dumque sermones

mones cum eo conferret, contigit illae transire Sacerdotem sacrosanctum Christi corpus ad infirmum deferentem: exemplo dæmon seruo deposito, genibusque flexis, sacra mysteria veneratus est. Reuertente autem Sacerdote, aliquam quidem reuerentiam ei exhibuit, sed non tantam ut prius: quod Nigromanticus admirans, causam diuersæ huius venerationis interrogauit Cui dæmon respondit: Sacerdote primum transeunte, se Christo reuerentiam exhibuisse, quia scriptum est. *In nomine IESV omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & inferorum.* Reuertente autem eo, quia vas vacuum sine Christi corpore deferebat, vas duntaxat veneratus fuit, nam scriptum est: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius,* ideoque differens fuit modus venerationis.

DOCUMENTVM.

INtueret Fili, quomodo DEVS non permittat se vinci liberalitate ac beneficentia à Creaturis: Vide quam copiosè Comitibus huius humanitatem ac venerationē sacrosanctæ Eucharistiæ impensam remuneratus fuerit. Coniice hinc qualia

DE SAC. EUCHARISTIAE. 48

in calis, qui proprius pramiorum locus est, cultoribus suis largiturus sit, qui in terris ea qua pro sui amore fiunt, tam liberaliter munerat. Aspice praeterea, quomodo Demones etiam venerentur, non modo sacrosanctum Christi corpus, sed & vas in quo delatum fuerat; quid ergo te oportebit facere?

Orabis pro Auaris, ut DEVS faciat illos esse liberales in pauperes necessitatem patientes: & pro male affectis erga sanctissimum hoc Sacramentum.

EXERCITIUM VII.

De Excellentia & perfectione huius Sacramenti.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE anima Christiana, DEVM in dignitate atque excellentia, omnia quæ mundus complectitur, infinitis partibus excedere: & Christi Seruatoris nostri humanitate, in rebus creatis nihil esse perfectius:
Cum

Cum ergo in Sacramento hoc Christus, id est, DEVS & homo reuera contineatur, sequitur, omnibus quæ in mundo sunt, Sacramentum hoc infinitis dignius ac perfectius esse.

2. CONSIDERA DEVM in hoc Sacramento non tantum per essentiam, præsentiam, & potentiam, quemadmodum in cæteris rebus est, existere, sed etiam alio adhuc singulariori modo, quatenus nimirum sustinet hypostatice humanitatem Christi: ideoque venerando huic Sacramento, tanquam in excellentia summo, summa quoque adoratio debetur.

3. EXPENDE tecum, augustissimum hoc Sacramentum, non modo nullam ab alijs posse perfectionem accipere, quia omnium rerum perfectiones in se continet: verum etiam perficere ac sanctificare omnia quæ tangit, ut sunt: Calices, Altaria, Corporalia, & similia, ac proinde non est unicuique licitum illa manibus tangere aut contrectare.

4. CONSIDERA, cætera Sacramenta continere atque conferre quasdam tantummodo gratias & dona spiritualia, hoc verò Sacramentum, continere in se omnium gratiarum & donorum cælestium fontem, videlicet DEVM: ideoque cæteris
 excel.

DE SAC. EVCHARISTIAE. 45

excellentius & diuinius esse.

5. REVOLVE tecum, ad Sacratissimę huius Eucharistię excellentiam, perfectionem, & dignitatem commonstrandam, diuina ordinatione decretum esse, vt huius Sacramenti sumptionem, aliud Sacramentum videlicet Confessionis, præcedat, quando quis eo opus habet: quod magnum excellentię illius argumentum est.

COLLOQVIVM.

Fierine potest, Domine, vt hominem tam miserum & abiectum, huius tam excellentis & augusti Sacramenti participatione dignum reddideris: Fierine potest Anima mea, vt in celebranda & præconijs attollenda hac munificentia non tota liquecas: O spiritus Angelici, qui in cælis sine velo huius tantę maiestatis aspectu frui mini, qui in ea veneranda, eique ministranda exercitatissimi estis, instruite me quomodo hęc maiestatem colere, ac venerari, quidque obsequiorum ei impendere debeam? O MARIA gratię mater, fiduciam mihi præbe, & dux atque comes mihi esto, quoties ad excellens & sublime hoc Sacramentum vel honorandum vel percipiendum pergo: quamuis enim in me sentiam
ingens

ingens desiderium illud suscipiendi, nihilominus considerans, quis ego sim, & quis ille, nascitur in me timor ac metus, quo desiderium illud confestim reprimitur.

Sed tu mater DEI, sicuti potes, succurre atque opitulare mihi: Et quemadmodum Filius tuus IESVS in hoc Sacramento, accidentibus panis excellentiam & maiestatem suam obuelavit: ita & tu pallio virtutum tuarum me contege. Anima mea, non aduertis amorosum illud artificium, & pulchram convenientiam, quæ est inter Matrem & Filium, ut te adiuent & promoueant? Non vides Filium speciebus panis ideo se contexisse, ne splendor maiestatis & excellentiæ suæ te petterrefaceret, ac retro reuerti compelleret? Non conspicias Matrem virtutibus suis te circumamicire velle, ne nuditates & imperfectiones tuæ cernantur? O te beatam, si MARIA te comitante, & amabili protectione sua te circumuallante ad præcellentissimum & dignissimum hoc sacramentum accesseris. Si enim solo attactu vasa in quibus asseruatur, & cætera quæ tangit sanctificat, dubium nõ est, quin & te sanctificaturum sit,

DE SAC. EVCHARISTIAE. 47

fit, si dignè illud perceperis. Sed heu, prodigna illius sumptione, inter alias conditiones quibus suscipientem præditum esse oportet, hæc vna est, quod magno illius desiderio teneatur: tu verò anima mea si in illius amore tepes, quomodo verè dicere potes: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea te DEVM?* Excitare igitur & attentè contemplare, Sacramenti huius excellentiam, vt ea perspecta, illius desiderio inflammemur. Nescio enim quid te mouere possit, si maiestatis huius excellentia te non permouet: si bonum quod ab hoc gratiæ fonte scaturit, te non incitat & attrahit, quid te incitare possit non intelligo. An metuis in illius sumptione malè excipi, quemadmodum multis euenit? Sed hoc tibi certò persuadeas anima mea, neminem ab hoc Sacramento malè excipi, præterquam eum qui nullam illius rationem habet.

ORA-

ORATIO.

Misericordissime IESV, scaturigo & pelagus omnis perfectionis, impertire mihi hanc gratiam, vt tecum semper ita sum vnitus, vt prius anima mea a corpore separaretur, quam ego a te disiungar; Et quoniam vt nos tecum vnires, celestem hunc magnetem sacri corporis tui nobis reliquisti, fac, vt non resistam virtuti eius, sed animo promptissimo patiar me trahi, vt tecum vnitus, tantam a te suscipiam perfectionem, quanta ad tibi seruendum regnum in aeternum collaudandum necessaria est. Amen.

MIRACVLVM.

Optatus Mileuitanus *lib. 2. in Parmenianum*, refert historiam admirabilem, quae in Africa contigit: nimirum fuisse ibi Urbanum Formensem, & Felicem Idicresensem Donatistarum Episcopos sceleratissimos, qui vt populum ab sanctissimi huius Sacramenti cultu ac pietate auerterent, eadem in omnium praesentia canibus mandendam obiecerunt. Sed (o rem stupendam,) diuino

DE SAC. EUCHARISTIAE. 49.

diuino iudicio factum est, vt ijdem canes rabie accensi, relicta sacrosancta Eucharistia, Dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos atque inimicos dilaniarent.

Pomer. *serm. 2. de Christi corp.* narrat: Innumeram multitudinem ad spectaculum quoddam, quod in vrbe quadam publice habebatur, concurrisse: cumque his quae ibi agebantur oculis atque animis intenti essent, contigit Sacerdotem quendam sacrosanctum Christi corpus ad ægrum deferentem illac pertransire, sed spectatores in vanitatibus illis contuendis tantopere distinebantur, vt nullum cultum aut reuerentiam augustissimo huic Sacramento exhibuerint. Quod diuinæ Maiestati tam vehementer displicuit, vt statim se de illis vltus sit: Exemplo enim sagitta cum ingenti splendore de cælo delapsa, omnes peremit.

DOCUMENTVM.

Intuere Fili, quam grauiter DEVS in contemptores & violatores sacrosanctæ Eucharistia animaduertat: si tu etiam per exiguam illius rationem semel, iterū,

C

ant

30 EXERCITIVM VIII.

aut sapius habuisti, & non è vestigio diuina uisionem sensisti, propterea tamen securus non es; quia hi Heretici, sapius etiam sacrosancta hac mysteria uoluerant, & indignis modis tractauerant, nec tamen diuina animaduersione statim extincti sunt, sed demum, cum de sceleribus suis non peniterent, diuina uoluntate, à proprijs canibus comesti fuerunt.

Orabis pro Concionatoribus, ut non inaniter glorientur, Christi que excellentiam non suam prædicent.

EXERCITIVM VIII.

De Magnificentiâ, qua cum Ecclesia tractat hoc Sacramentum.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE anima pia, quomodo S. Ecclesia à Spiritu sancto gubernata, nihil eorum quæ ad honorandum augustissimum hoc Sacramentum conferre ualeant, prætermittat. Primò enim omnes Ecclesiæ, quæ per uniuersum

DE SAC. EVCHARISTIAE. 51

terrarum magnificentissimè architectatae sunt, ad huius Sacramenti cultum ac venerationem præcipuè pertinent.

2. **CONSIDERA** magnifica & sumptuosa tabernacula, Sacerdotum vestes splendidas, pretiosos pannos, cæteraque Altarium ornamenta, & sacros Missarum ritus, ad decentiam & magnificentiam huius Sacramenti institutos esse.

3. **REVOLVE** quanta in festiuitatibus, quando in publicum sacrosancta Eucharistia profertur, ad illius venerationem fiant. Quam solenni cum processione, quanta cum multitudine luminum, quam festiuo cum campanarum sonitu, & Musicorum melodijs deferatur? Quam vnusquisque laboreet vt illorum dierum festiuitatem, quam religiosissimè celebret, Christumque maximis quibus potest honoribus prosequatur, vt sic contumelias quas sustinuit, cum per vrbes Hierosolymitanæ plateas traheretur, refarciat.

4. **CONSIDERA** maximos etiam Principes viso augustissimo hoc Sacramento in genua procidere, vt illud venerentur & adorent; confiteanturque illum esse verum Dominum, à quo omnis ordinata potestas existit.

98 EXERCITIVM VIII.

3. EXPENDE omnem hanc magnificentiam & apparatus, qui caelesti huic Sacramento exhibetur, quamuis nihil sit in comparatione eorum quae meretur, Christum nihilominus acceptare, magnifacere, & tanto gratiorem habere, quanto fructus inde nascens ad utilitatem animarum nostrarum reuertitur.

COLLOQVIVM.

Quid tu Domine nostro eges apparatus, quando quidem magnificentia tua à seipsa tam ingens est, vt nullo fine terminetur? Eia Anima mea, quamuis Dominus bonis nostris opus non habeat: attamen nobis necessarium est, facultates & vitam in honorem & obsequium tanti Domini & benefactoris nostri expendere, quo sic aliquatenus obligationi nostrae satisfaciamus. Si enim quando DEVS cum filiis Israël habitare decreuerat, Salomon aedificauit ei templum admirabile, & obstupendum: Nos, qui ab eo maioribus fauoribus, & singularioribus beneficijs ornati ac praesentati sumus, cupiente illo nobiscum reuera & corporaliter commorari, non aedificabimus ei magnifica templa; non erigemus sumptuosa Tabernacula, non
 pixides

pixides siue arculas ex auro & argento fabricatas, in quibus asseruetur, ei consecrabimus: Non ad illius honorem luminaria, quæ dies noctesque coram ipso luceant, accendemus: O sancta Ecclesia exorna sacras ædes, quantum potes tapetibus, aulæis atq; luminibus; fac omnia resonent suauibus concentibus, & melodijs; institue solennes admodum processiones, nunquam enim tanto honore, quanto tanta maiestas digna est, illam afficies,

O ingrata Synagoga, Dominus hinc quæ hodie tam amplissimis honoribus à nobis affici conspicis, est ille, quem tu beneficiorum illius immemor, in vrbe Hierosolymitana plateis multis contumelijs inhonorasti; quem tu magna cum ignominia per semitas regie vrbe protraxisti. Aspice quantis nunc honoribus & præconijs per omnes totius mundi ciuitates decoretur. Intuere illum attentissimè, quia non habet ultra manus vinctas, nec funem collo circumligatum, sed his successerunt aureæ catenæ & inæstimabiles gemmæ, quibus et pixides & arculæ, in quibus asseruatur, adornantur. Non auditur amplius funesta illa tuba mortis prænuncia, nec præfertur ei vexillum mortis; sed resonant tubæ gaudij & lætitiæ, atque præferuntur ei vexilla

triumphalia. Non clamat populus *tolle & crucifige*, sed gaudens & exultans vnanimiter vociferatur: *Vivat I E S V S*. Et tu anima mea, quid ad laudandum Saluatorem agis? Quid pro illo honorando moliris? Non venit tibi in mentem Angelos de caelis in stabulum descendisse, vt hanc Maiestatem venerarentur, & debitis laudibus exornarent: & tu in Ecclesia, in conspectu atque praesentia eiusdem Maiestatis, animo confites distracto, & per diuersa vaganti? tu ibi huc illucque ad creaturas inaniter intendas, oculos conuertes, nec Creatorem tuum attendes ac reuerberis?

ORATIO.

Omnipotens sempiternae DEVS, qui nullum honorem aut sacrificium tibi oblatum suscipis, nisi ab interno & amoroso affectu proficiscatur: Da mihi cor mundum, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, vt honor, quem augustissimo huic Sacramento defero, maiestati tuae gratus, iucundusq;, & anima mea salutaris ac meritorius sit.

MIRACVLA.

VRBEVETI (quæ Ciuitas Italiae est) corporale asseruatur sanguine tinctum : quod sic accidisse memorant. Sacerdos quidam dum sacra Missarum solennia celebraret, de panis & vini transubstantiatione hæsitare cepit. Cumque Missam continuaret, atque ad hostiæ fractionem peruentum esset, statim ex hostia, quã fregerat, sanguis viuus emanare cepit, & ad eò corporale cruore tinxit, vt nulla ratione deleri potuerit. Cuius rei Urbanus Pontifex certior factus, Corporale deferri iussit, & solemnitate instituta in Ecclesia Vrbeuetana recõdedit: eodemq; miraculo motus, sacratissimi Corporis solemnitatẽ V. Feria post octauam Pentecostes, cum solemnibus supplicatione instituit. Miraculũ hoc alij in Castro Vulsini, alij in Osmio, qui locus intra Dioccesin Vrbeuetanam situs est, accidisse referunt. S. Antonin. *par. 3. tit. 19. cap. 13. §. 1.* Et Ioannes Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib. 2. cap. 39.*

In vitis Patrum legitur, Seni cuidam sacrificanti, solitos fuisse Angelos, ad sanctissimorum horum mysteriorum venerationem, assistere. Accidit quodam tempo-

re ut idē Senex à Diacono admoneretur, ut ceremonias suas mutaret, eas enim magis hereticas quā Catholicas esse, ijsq; D E V M nō tā honorari, quā offēdi asserbat. Sed ille Diaconi monita negligens, in ceremonijs suis perstitit; quare iterū à Diacono admonitus est. Dubitare igitur incipiens, de ritibus suis ab Angelis, quos Missarum solennijs interesse, atque sibi assistere conspiciat, percunctatus est, quos demum ritus sequi deberet, quibusque magis honoraretur Christus in sanctissimo hoc Sacramento: Cui responderunt Angeli; illas ceremonias, quas Diaconus sequendas esse monuisset, amplectendas esse. Quibus ipse: Cur ergo haec de hoc errore me non commonuistis? At illi responderunt: D E I voluntas est, ut homines ab hominibus moneantur & instruantur.

DOCUMENTVM.

Fili, omnes labores & sumptus, qui ad honorandum augustissimum hoc Sacramentum impenduntur, Christo, qui in eo reuera praesens est, sunt. Ideoque hilari ac lato animo, in festis ipsius ad illum honorandum omnes tuas vires & industriam conferre debes: & certè

DE SAC. EUCHARISTIAE. 57

tò tibi persuadere, quod non modò in hac
vita multis beneficijs te ornaturus, sed et-
iam omnes tuos sumptus & labores, post
hanc vitam copiosissimè remuneraturus
sit.

Orabis pro Verecundis, vt DEVS illis
tribuat commoditatem pergendi ad hono-
randum sanctissimum Eucharistiæ Sacra-
mentum.

EXERCITIVM IX.

*Sacramentum hoc dignè suscipien-
tem illuminare.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE anima pia,
quomodo Sacramentum hoc, quia
in eo, verum mundi lumen præsens est,
illuminat mentem suscipientis, omnesque
ab ea tenebras effugat; non aliter ac sol no-
ster visibilis, quando manè exoritur, noctis
caliginem dissipat.

2. **C**ONSIDERA nihil esse quod
tanto perè excæcet animam sicut peccatū:
atque inde fieri, quod peccator, dum non
videt laqueos & offendicula semitæ per
quam

quam ambulat, faciliter ac sæpe impingat, & in alia peccata labatur: Cum autem sanctissimum hoc Sacramentum peccatum tollat ab anima, sequitur quoque totius cæcitatæ causam ab eo amputari, & ex consequenti illuminare.

3. **EXPENDE** tecum, quomodo duo discipuli euntes in Emaus, Christum comitantem & scripturas explicantem non prius agnouerunt, quam Christus eis panem à se consecratum obtulit: *tunc enim aperti sunt oculi eorum & cognouerunt eum: ut nobis daretur intelligi, panis huius cælestis proprium esse illuminare.*

4. **CONSIDERA** ijs in locis, in quibus Sacramentum hoc frequentatur, maiorem esse diuinarum rerum cognitionem, hominesque in bonis eligendis & malis fugiendis esse circumspetiores & prudentiores; quod non alia ex causa euenit, quam quia per hoc Sacramentum clariori cælestium rerum luce collustrantur.

5. **REVOLVE**, quemadmodum oculi debiles & à capitis defluxionibus grauati, solis visibilis aspectu perstringuntur, & magis exæcantur; ita mirum non esse, quosdam à sole iustitiæ, qui in hoc Sacramento præsens est, non modò non illuminari, sed etiam sceleratiores reddi; quia
peruersa

peruersa cum intentione illud intuentur
ac suscipiunt.

COLLOQVIVM.

Confiteor Domine, te esse veram lumen; quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Fateor etiam, te splendore virtutum tuarum, cælestem semitam nobis demonstrasse. O sol iustitiæ IESVCHRISTE, memento te alicubi dixisse: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Ecce Domine nos legem tuam sanctissimam obseruando, te sequimur. Illustra igitur nos lumine vitæ, vt vnusquisque nostrum videat & viuat; videat, ad omnia quæ tibi displicent deuitanda; viuat, ad tibi perenniter seruicandum. Anima mea gaude, quia nobiscum habemus lumen vitæ. Caterum vide quomodo illud, nube accidentium panis contectum sit. Aduerte, quod quamuis hoc lumen tibi aliquantulum obscureatum esse videatur, nihilominus idem istud sit ille Sol, qui in terris natus fuit de virgine, & modo in cælis ad Dei Patris dexteram lucet gloriosus. Neq; mireris quod seipsū non in gloria & Maiestate sua, sed velatū ostēdat, quia id facit ad vtilitatē nostrā. Cū enim ipse sit lux inaccessibilis,

EXERCITIVM IX.

si seipsum detegeret, & sine velo nobis demonstraret, nemo accedere, nemo illum intueri ausus esset, adeoque vita & luce privaremur. Aspice illum oculis animæ, hæc enim ratione illuminans, vitam confert sempiternā. Anima mea, quid prodest presentē habere lucem, & ab ea nō illuminari? Quid iuvat vitam ante se habere, & ab ea non viuificari? Accedamus igitur ad eam & deseramus tenebras Aegypti. O Domine, qui de cælis descendisti, *ut illuminares eos, qui in tenebris & umbra mortis sedent*, noli me derelinquere in hac caligine, sed *illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte*. nisi enim illuminatus & viuificatus fuero ab hoc Sacramento, quis dubitet me mansurum in umbra mortis? quis neget me in tenebris scelerum meorum perstiturum? O infelices Hereticos, qui vitio suo & pertinacia, vitali hoc lumine privati fuerunt, & fidē sanctissimi huius Sacramenti perdidērunt. Quid ergo mirum, quod ignorent quò vadāt: quid mirum, quod sæpenumero offendāt, & in præcipitia mortis æternæ corruant? Domine quando propter scelera nostra correctionem meremur, tu nos castiga, & noli permittere, ut in cognitione & cultu augustissimi huius Sacramenti erremus.

ORA-

DE SAC. EUCHARISTIAE. 62

ORATIO.

O Saluator & lux mundi IESV Chri-
ste, qui de calis in terram à Patre
missus es, vt nos illuminares, & in obscuro
atque periculoso mundi huius exilio dux
& rector nobis esses: Adauge nobis fidem,
vt tuo splendore illuminati, te sequamur,
nec à vera semita aberremus: tuoq; auxi-
lio roborati, ad finem illū, ad quem electi
omnes pertingunt, feliciter perueniamus.
Amen.

MIRACVLA.

S. Malachus plurimum laborabat, vt
priuatis sermonibus Clericum quen-
dam, in hostia consecrata, Christum verè
contineri, negantem, ad saniozem mētem
reuocaret, sed nihil proficiebat: Itaque in
conuentu clericorum binas cum eo dispu-
tationes habuit, sed ille nihilominus, quā-
uis in vtraque disputatione manifestè con-
uictus esset, in errore suo pertinax mansit.
Coactus igitur fuit Episcopus, cum deniq;
publicè monitum, & resipiscere nolentē,
hæreticum declarare, & ab Ecclesiæ corpo-
re velut membrum putridum resecare. Tū

ille indignans, nunquam se ab opinione sua, quam veritate ipsa certiolem esse affirmabat, discessurum esse, palam edixit. Cui Episcopus hac responsione commotus, magno cum zelo, elata voce respondit: *Domine inquit te velinuitum, veritatem fateti cogit.* Clericus subiunxit; Amen.

O rem mirabilem. Eodem die Clericus subita correptus infirmitate, & miraculose illuminatus, suum agnouit & derelictus fuit errorem: diuinoque flagello edoctus, accersiri iussit Episcopum, & confessus in hostia verè presentem esse Christum *D E O* & *V M* & hominem, & absolutione percepta, Ecclesie restitutus est: & paulo post reatum suum deplorans, atque pro beneficio accepto *D E O* gratias agens, animam exhalauit. *In vita Malachie*, quam S. Bernardus conscripsit.

In vitis Sanctorum Patrum legitur, feminam quandam hæresi infectam, nomine Cosmianam, Abbati Patritio sanguine iunctam, nocte quadam perrexisse, vt apud sacrum Domini sepulchrum vigilias ageret. Cumque ostio per quod patet ingressus, appropinquasset, obuiam habuit beatam Virginem *M A R I A M*, illustribus aliquot Matronis stipatam, quæ illam ab ingressu prohibuit dicens: *Tu cum ex nostrarum numer*

DE SAC. EVCHARISTIAE. 62

Non sis, quomodo huc ingredi praesumis? Fœmina verò de errore suo nihil cogitans, magna cum animi humilitate atque submissiōne rogabat B. Virginem, vt se dignam faceret quæ ingrederetur. Cui B. Virgo Maria, hæresin quā imbiberat, manifestauit: subiunxitque non prius eam illuc ingressurā, quam sacram Communionem ritu Catholico percepisset. Qua re intellecta, è vestigio ad Sacerdotem Catholicum Anastasium accessit, sacrumque Domini corpus ab eo sibi porrigi petijt: quo percepto, mox cælesti luce collustrata est, erroremque suum agnosces & abiurans, sine vllō deinde impedimento sacrum Domini sepulchrum introiuit.

DOCUMENTVM.

Flli, si Diabolus aliquando tentat te, in his, quæ ad fidem sanctissimi huius Sacramenti pertinent, caue ne ea per te ipsum ita decernas, vt in resolutione tua pertinax sis: Quia DEVS non est obligatus, te ad erroris tui agnitionem inuisitata ratione, reducere, & miraculosè, quemadmodum his contigit, illuminare: sed optimam & securissimum est, vt te Ecclesiæ Catho-

64 EXERCITIVM IX.

*Cartholica submitte, dicas tibi metipsi:
Quod non capis, quod non vides, ani-
mosa firmat fides, præter rerum ordinẽ.
Et ita reuera se res habet: quia cum hoc
Sacramentum sit supernaturale, non est
inuestigandum lumine naturali, sed fide,
quod est lumen supernaturale. Quare cre-
dendo firmiter illa, qua tibi fides proponit,
non autem attendendo ad ea qua tibi sen-
sus dicit, ab omni Dæmonis deceptione
securus eris.*

Orabis pro Schismaticis, vt DEVS eos
illuminet, & ad veram fidem conuertat.

EXERCITIVM X.

*Sacramentum hoc gratiam dignè
sumentis conferre.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE anima pia, in-
ter omnia creata nihil tibi carius
esse debere, diuina gratia, qua DEI ordi-
natione infallibili, filium omnipotentis, &
hæredem regni cælestis te constituit.

2. **C**ONSIDERA in glorioso hoc
Sacramento non tantum augeti gratiam,
qua

DE SAC. EUCHARISTIAE. 65

quæ hominem Deo acceptum reddit: verum etiam (vti rectè affirmat Ecclesia in Antiphona sua) *mentem impleri gratia*: quæ nobis innuitur, per hoc Sacramentum superabundantem gratiæ copiam nobis conferri.

3. EXPENDE, diuissimum hoc Sacramentum, quia in se Christum, gratiæ atque donorum caelestium auctorem & fecuriginem, continet, præter gratiam, quæ hominem DEI amicum efficit, alia etiam dona & munera caelestia nobis impertiunt.

4. REVOLVE illa Christi verba: *Qui manducas me, & ipse viuet propter me*: hoc est per me & sub mea protectione. Quanti autem inter sit viuere per Christum, & sub illius protectione, nouit ille, qui Sacramentum hoc frequentans, per gratiam quam percipit, hoc ipsum in se experitur.

5. CONSIDERA & illa Christi verba, quæ de Sacramento hoc protulit. *Qui manducas hunc panem, viuet in æternū*. Quibus significauit, diuinissimi huius Sacramenti gratiam, cum hac mortali vita non finiri, sed transire in cælum, & permanere in sempiternum.

COL

COLLOQVIVM.

Quid, ô Domine, est anima mea sine gratia tua? Quid bonorum fructuū proferre potest, nisi cœlesti hoc rore irrigetur? Docet hoc Propheta tuus David, licet parum dixerit, quando de absentia gratiæ tuæ loquens, ait: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi*: dicit autem tibi, ut indicaret animam sine hac cœlesti diuinæ gratiæ aqua, non producere fructus qui tibi grati, atque æterna vita digni sint. Sed quid amplius dici potest, quia parum est, quod anima sine tua gratia, sicca & arida remaneat: Maius certè malum est, quod tua gratia spoliata, producat spinas & tribulos: venenosisque animantibus impleatur, veluti terra maledicta. O benigne Iesus satis intelligo, quod pro tua in nos charitate, huic nostro malo sufficienter prouideris, largiendo nobis augustissimum hoc Sacramentum, quod eum, qui illud dignè veneratur & sumit, gratia irrigat & implet. Eia anima mea cur è domo tua non egrederis, ut sancta hac gratiæ pluuia perfundaris & madescas: quæ (ut ipsa nosti,) non madefacit eum, qui in cubiculo peruersarum suarum consuetudinum delitescit, & in lecto negligentia

DE SAC. EVCHARISTIAE. 67

arum suarum molliter conuiescit. Egredere igitur, anima mea *de cognatione tua, & de domo Patris tui*. Filij Israel non gustarunt Manna, nisi post egressum ex Aegypto: nec potuerunt Deo sacrificare, & simul manere inter ollas Aegypti: ita & tu non potes diuina gratia, quam Sacramentum hoc confert, impleri, & simul in solitis imperfectionibus persistere. Eia igitur anima mea excitare, ac resolue te: egredere quanto cyus potes è domo veteris tui Adami, si vis aqua caelesti madefieri, & fructus suaues producere, veluti arbor *plantata secus decursus aquarum*. O M A R I A mater gratiae, tu illa es, cui Angelus Gabriel salutem nunciatus dixit: *Aue gratia plena*: tu enim Mater sanctissima, *inuenisti gratiam apud Deum*: dignare mihi à filio tuo impetrare: ut suscipiens illum in domum animae meae, participes effici merear illarum gratiarum, quas se dignè sumentibus largiri consuevit, & vere dicere possim. *Hodie salus domui huic facta est.*

ORATIO.

Omnipotens & misericors DEVS, qui potentia tua superbos deprimis, & humiles gratia tua exaltas: *Maiestatem tuam*

tuam deprecor, imple cor meum gratia tua, ut honor quō huic sanctissimo Sacramento defero, tibi gratus atque anima mea salutaris & meritorius sit. Fac bone IESU, ut sacra EUCHARISTIA sit mihi EUCHARISTIA hoc est, bona gratia. Amen.

MIRACVLVM.

Vener. Beda in Collectaneis refert: Bonifacio Pontifice, populum communicante, inter alios etiam puerum quēdam Iudæum occultè venerandis mysterijs se ingessisse, qui percepto sacrosācto Christi corpore, statim elata voce clamare cepit. Bonifaci, festina ad me baptizandum, panis enim quem sumpsi, horrendum in modum me cruciat, & nisi me baptizaueris, ardore suo consumet. Ad hanc vocem plurimi ex Iudæis accurrerunt, ac ita tumultuari ceperunt, ut Pater adolescentis commotus, struem quandam lignorum, quam in domo sua habebat, succenderit, filiumque flammis iniecerit. Quod cernens Mater, clamare & orbitatem suam deplorare, simulque B. Virginem Mariam ut filio opitularetur, inuocare cepit. Iudæi autem

DE SAC. EVCHARISTIAE. 69

rem furore atq; inuidia stimulat, Matre simul in ignem coniecerunt: Huius rei fama cum ad Pontificis Bonifacij aures mox perlata esset, è vestigio, ita vt erat ornamentis sacerdotalibus indutus, (sacrum enim Missæ officium tum primum finierat,) ad ignem accessit, & ingressus Matrem & filium, beneficio sanctissimi huius Sacramenti saluos & incolumes ab incendio eduxit.

DOCUMENTVM.

Intuere Fili, quid faciat bona intentio. Puer hic non mala cum intentione sacram Christi corpus suscepit, ideoq; beneficio illius ab igne sanus euasit: ita & tu semper quando sacram Eucharistiam sumpturus es, bonam & sinceram adfer intentionem, pascendi videlicet & roborandi animam tuam hoc pane caelesti, vt per virtutum semitam ad caeleste regnum ambulare queas. Caue ne vnquam ad sacram Communionem, idcirco accedas, vt ab alijs pius & sanctus habearis, quia sic displicebis DEO, & sacra Communionis fructum amittes.

Ora-

Orabis pro cunctis peccatoribus, vt Deus
v s gratia sua illos præueniat, & à peccatis
liberet,

EXERCITIVM XI.

*Sacramentum hoc sumentibus auxili-
um & robur in tribulationi-
bus impertiri.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE charissime fra-
ter, nullum degere hominem (quan-
tumlibet sanctum) in hac vita, qui non ali-
quibus tribulationibus & molestijs prema-
tur. Neque id mirum: Christus enim caput
& Dominus noster, in tota vita sua innu-
meris aduersitatibus & ærumnis vexatus
fuit; æquum igitur est, vt & nos membra
& serui ipsius, tribulationibus exagite-
mur.

2. **C**ONSIDERA nos à nobismetip-
sis non esse sufficientes, ad æquanimiter
tolerandas aduersitates & tribulationes
nostras: ideoque opus nobis esse alterius
auxilio, qui velit, sciat, & possit nobis opi-
tulari: Cuius auxilium, tantò nobis carius

DE SAC. EUCHARISTIAE. 71

& gratius erit, quantò minoris nobis
confiterit.

3. EXPENDE Christum pro sua be-
nignitate, voluisse nobis semetipsum in
caelesti hoc Sacramento relinquere, vt nos
in omnibus tribulationibus nostris adiu-
uaret, & consolaretur: ideoque dixit. *Ego vo-
bis cum ero vsque ad consummationem seculi.*

4. CONSIDERA sanctam Ecclesi-
am, quia non ignorabat quam præsens au-
xilium, Sacramentum hoc conferat in ne-
cessitatibus, non modò per Clericos, ad il-
lud in tribulationibus suis confugere con-
sueuisse: sed etiam foras omnium conspe-
ctui exponere solitam esse, vt etiam per sæ-
culares, optatum ab hoc Sacramento robur
& auxilium consequatur.

5. REVOLVE tecum, diuinissimum
hoc Sacramentum, non modò subuenire
nobis in necessitatibus & tribulationibus
temporalibus, sed multò amplius in necessi-
tatibus animæ spiritualibus. Cum enim sit
cibus spiritualis, fortitudinem & robur
spirituale potissimum confert; vni
plus, alteri minus, iuxta vni-
uscuiusque disposi-
tionem.

COL.

COLLOQVIVM.

GAude anima mea, quod licet infernus
 aduersum nos insaniat; quamuis aque
 tribulationum insurgant, nihilominus in
 hoc salutifero Sacramento I E S V M habe-
 amus, qui nobiscum est, & pro nobis de-
 pugnat. Habeamus inquam, qui nos valida
 manu tueatur. Cur ergo timebimus? *Si DE-
 VS pro nobis, quis contra nos? Quamobrem die
 cum Propheta Si exurgat aduersum me praliū,
 in hoc ego sperabo. Si cōsistant aduersum me castra,
 non timebit cor meum, quoniam tu mecum es. In-
 tumescat mare quantum potest; sufflent
 venti contrarii quantum eis collibitum
 fuerit; Christo existente in nauī, nullum ei
 periculum imminebit. O Domine, quan-
 tū mihi præbet solatiū illa tua pollicitatio,
 quando dixisti: Cum ipso sum in tribulatione,
 eripiam eum & glorificabo eum. Quod nobis
 assistas in tribulationibus & aduersitatibus
 nostris, inagnum hoc & eximium est: quod
 autem ab eis nos liberares, multo id maius
 est: quod verò pro eis nos glorifices, hoc
 maximè etiā dilectionis indicia supergredi-
 tur. Eia anima mea vtamur hoc singulari
 fauore, quo D E V S nos decorare, dignatus
 est.*

DE SAC. EVCHARISTIAE. 73

Et quoniam opus est *per multas tribulationes intrare in Regnum caelorum*, accedamus ad pretiosissimum hoc Sacramentum; nam confortabit, consolabitur, & defendet nos: sic enim pollicitus est Christus, & sic infalibiliter faciet. Anima mea, pallium quod Helias reliquit Helisæo, profuit illi ad Iordanem sine submersionis periculo, & sine ulla madefactione transeundum: non autē profuit illi contra hostes & alias aduersitates: sed sacrosanctum corpus, quod Christus in augustissimo hoc Sacramento nobis reliquit, adiuuat nos in omnibus præsentis vitæ tribulationibus, tam spiritualibus, quàm temporalibus: præliatur pro nobis, perducit nos ad caelestem patriam, ac denique sempiterna gloria nos coronat. O beneficium cætera omnia beneficia præcellens. Quam multi, hoc auxilio & solatio in ærumnis & tribulationibus suis destituti, desperant? Quam non pauci huius augustissimi Sacramenti protectione carentes, miserandum in modum labuntur? O Domine quanta est obligatio nostra, qua tibi deuincti sumus, quod prouideris nobis de tali remedio, neque modò adiuues nos in tribulationibus, sed etiam copiosè remuneres.

D O R A-

ORATIO.

A Mabilissime IESV, te deprecor per
 immensam bonitatem tuam, vt
 quemadmodum ex mera charitate, pa-
 rasti in conspectu meo mensam aduer-
 sus eos qui tribulant me, ita mihi grati-
 am largiaris, vt adiuuante sanctissimo hoc
 Sacramento, victoriam de omnibus anima
 meis hostibus referam, & victor in mensa
 caelesti compaream, vbi te per infinita sa-
 cula saeculorum laudem & pradicem A-
 men.

MIRACVLA.

IN Prompt. Disc. Exemp. 9. R. & serm. 150.
 legitur: diuitem quendam in vltimo vitæ
 suæ termino à Dæmonibus valdè vexatum
 & exagitatam fuisse: Cùm enim Sacerdo-
 tem, qui confessionem suam exciperet,
 accersiri iussisset, ita Dæmon conclusit os
 eius & linguam ligauit, vt peccata sua nul-
 la ratione posset exprimere, quod animum
 vehementer cruciabat. Confessarius vidēs
 impedimentum hoc esse Diabolicum, at-
 tulit sacrosanctum Christi corpus, & acce-
 dens ad infirmum, magna cum fide ait:

Domino

DE SAC. EVCHARISTIAE. 75

Domine IESU Christe demonstra in hoc agro potentiam tuam, ut ad salutem anima peccata suorum confessione expiare possit. O rem itupendam. Extemplo infirmi lingua soluta est, & peccata sua Sacerdoti integrè confessus est: eique locum quendam ubi multos nummos abdiderat manifestavit, quos pauperibus distribui voluit.

Tempore S. Bernardi fuit homo quidam fortunæ tenuioris, sed admodum piæ ac religiosæ vitæ. Hic maleficio vxoris suæ adulteræ, arte Diabolica perfectæ, tam inhumane die ac nocte cruciabatur, ut iam penè tota caro ipsius vsque ad ossa consumpta esset. Fuit tandem ad S. Bernardum adductus; qui cum intellexisset, qualia tormenta dies noctesque pateretur, commiseratione illius tactus, fratribus imperavit, ut eum ad Ecclesiam ducerent; ibique assumptam pixidem in qua sacrosanctum Christi corpus asseruabatur, capiti eius imposuit, & è vestigio ab omnibus cruciatibus, quos hætenus sustinuerat, liberatus fuit; atque Dæmonibus confusis, sanus & incolumis domum suam repetijt. Refert hoc Guilielmus in *vita S. Bernard. lib. 1. cap. 10.*

Vide Fili, quomodo Damones in tremendi huius Sacramenti presentia homines torquere desistant: sit tu etiam per sacrosanctam hanc Eucharistiam, ab omnibus malis anima, & huius vite miseris eximi cupis; opus est, vt sanctissimum hoc Sacramentum capiti tuo imponas, hoc est, vt illud ita vti par est, honores ac reuerearis: atque intellectum & iudicium tuum fidei diuini huius Sacramenti submittas: sic enim vti hic homo, ab omnibus tribulationibus & fallacijs diabolicis liberaberis.

Orabis pro viduis, pupillis & infelici matrimonio copulatis, vt DEVS illis largiatur patientiam in suis tribulationibus.

EXERCITIVM XII.

Sacramentum hoc sumentem liberare à peccatis.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE fidelis Christiane, quid peccatum faciat in anima, & hinc intelliges, quanti momenti sit ab eo liberari. Primum anima, quæ per gratiam est DEI filia, per illud mancipium Diaboli constituitur, & iure omni regni cælestis, & æternæ beatitudinis, priuatur.

2. **C**ONSIDERA, Peccatum spoliare animam illa pulchritudine spiritali, propter quam DEO placet, & ab illo diligitur: eamque reddere tam deformem, ut DEVS illam à se repellat, tanquam rem maximè abominabilem sibi que inimicam.

3. **E**XPENDERE tecum, diuinum hoc Sacramentum per gratiam, quam secum adfert, tollere peccatum, & liberare animam ab his & alijs malis innumeris, quorum peccatum causa est: & non modo animam à Dæmonis potestate in libertatem vindicare, sed etiam pristinam ei pulchritudinem restituere.

4. **C**ONSIDERA cæleste hoc Sacramentum, dum effectus hosce in anima operatus,

peratur, liberare in super hominem à multis laqueis & miserijs quibus inuoluuntur, qui in peccato & DEI offensa viuunt: atque inde fieri, quod, qui sacram Communionem frequentant, vt plurimum sint pacifici & virtutibus multis ornati.

5. REVOLE tecum, salutiferum hoc Sacramentum, non modò liberare à peccato præfenti, quia in eo reuera est Agnus ille qui tollit peccata mundi: Verùm etiam præferuare à futuro, quia illuminando & corroborando potentias humanas, facit vt homo fortius & efficacius resistat peccato,

COLLOQVIVM.

DVbium non est, Domine, inter omnes inimicos, qui nos molestant, nullum esse insolentiorum, nullum nocentiorum, nullum pestilentiorum quàm peccatum. Nam aliorum hostium, quando nos aggrediuntur, artes & ictus ita præuidere possumus, vt modò velimus, nihil nobis nocere queant. Scimus enim Dæmonis yersutia & artibus suis nihil aliud moliri, quàm vt nos circumueniat. Mundum falsa rerum apparentia, nihil aliud quærere, quàm vt ad vanitates suas nos alliciat. Carnem varijs blanditijs & illecebris nihil aliud

ma.

māchinari, quā ut ad fugacium voluptatum amplexum nos inducat. Sed peccatum quando animæ nostræ castellum ingreditur, nos excæcat, & sine præmonitione ictuum quos infligit, & artis qua vititur, pessimè & truculenter nos ferit ac vulnerat. Alij hostes non semper, sed aliquando bellum nobis moueat: at peccatum, sine requie, sine obsidione qua nos premit intermissione, continuò nos affligit, ita ut vnusquisque cum Propheta dicere possit. *Peccatum meum contra me est semper*: semper enim præliatur aduersum nos, semper dānum inferre molitur. Denique alij inimici sæpè quidem nos tentant, sed non relinquunt in nobis aliquam ad malum inclinationem veluti peccatum: de quo S. Paulus Apostolus conquerens dicebat: *Nō enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.* O S. Apostole, iuste id conquereris: quia non facere bonum, quod agnoueris: aut facere malum, quod oderis, propter malam inclinationem, quam peccatum inducit, est damnum inæstimabile. Hoc enim est quod Sapiens significauit, quando ait: *Lucerna impiorum peccatum*, quia vnum peccatum inclinat, & quasi demonstrat viam ad aliud. Eia Anima mea, vides modò, vires nostras admodum debiles

& infirmas, huius verò inimici nostri potentiam tam ingentem esse, vt ei nec resistere, nec eum superare valeamus. Necessarium igitur est, vt queramus aliquem, qui nos adiuuet, ac defendat: Quis autem esse possit aptior, quàm Seruator noster IESVS Christus, qui vt peccatum destrueret, de caelis venit in terram? Quis pro nobis fortius depugnare quibit, quàm is, qui mortem superauit, & à Diaboli manibus nos vindicauit? Accedamus ergo ad diuinum hoc Sacramentum, & cum Propheta dicamus: *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Ecce Anima mea, quam pulchrè consistit Christus in sacra Hostia, candidissimo sereno circumdatus, vt pro nobis contra peccatum decertet? Sed aduerte necessarium esse vt & nos praeliamur, quia ipse nobiscum certando, pro nobis depugnat: tum autem nos verè praeliamur, quando ita peccatum odimus, vt quodlibet etiam damnum perpeti malimus, quàm vel minimum mortale peccatum admittere.

ORATIO.

Benignissime IESV, qui saluos facis sperantes in te, & non vis mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur
& vi-

DE SAC. EVCHARISTIAE. 81

& viuat; Impertire mihi hanc gratiam, vt peccatum omne detester, & repellam à me, tanquam venenum, anima & corpori meo nocentissimum ac pestilentissimum. Fac Domine, vt millies vitam abicere malim, quàm te vel semel mortifero peccato offendere. Amen.

MIRACVLA.

IN Prompt. Discip. Exemp. 17. T. refertur: Senis, quæ Italiæ ciuitas est, maritum nobilis cuiusdam matronæ vita functum, post aliquot dies eidem in cubiculo, forma & totius corporis habitudine satis eleganti apparuisse. Sed erat Dæmō in corpore mariti. Matrona igitur mirum in modum exhilarata de mariti ad vitam reditu, loquebatur cum eo, brachijs stringebat, amplectebatur & deosculabatur, nec ab eo separari ac druelli quibat. Socrus verò metuens, ne fortè illusio aliqua subesset diabolica, quemadmodum reuera erat, totam rem cuidam Dominicanæ familiæ Sacerdoti enarrauit: is delata secum sub cappa pixide, in qua sacrum Christi corpus asseruabatur, venit ad ædes, cubiculumque ingressus, sacrosanctum Christi corpus protulit: Quo viso, confestim Diabolus fugam inijt, atq;

D 5 corpus

corpus quod informauerat, deseruit: corpus verò exanime prorsus fœtidum ac vermibus scatens humi prolapsum est. Ut autem de rei veritate certiores redderentur, miserūt extemplo quosdam qui sepulchrum examinarent, qui reſerata tumba corpus minimè reſererunt. Virtute igitur ſanctiſſimi huius Sacramenti, matrona hæc à multis laqueis & peccatis, quibus Dæmon eam innectere cogitabat, & etiam à mortis æternæ periculo, liberata fuit.

Venerabilis Beda *lib. 2. hiſt. Angliæ cap. 22.* memoriæ prodidit: Iuuenem quendam Anglum, cui nomen Imma, in bello captū & carceri mancipatum fuiſſe: quem Dominus vincitum, quouſque redimeretur cuſtodiri iuſſit. Sed quotidie tempore matutino, vincula ipſius nullo manum ad mouente ſoluebantur, atque adoleſcēs nō ſine ingenti omnium admiratione liber euadebat. Cognitum fuit poſtea, Sacerdotem quendam, qui adoleſcentis huius germanus erat, cū eū in prælio occubiſſe putaret, quotidie ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium pro animæ illius à purgatorio liberatione obtuliſſe, atque ſub ſacræ Hoſtiæ & Calicis eleuatione, vincula ipſius ſoluta fuiſſe. Ex quo Sacramenti huius efficacia in animarum vinculis ſpiritualibus, hoc

DE SAC. EUCHARISTIAE. 83

hoc est, peccatis soluendis, liquidò patet,
quod vincula corporis soluere potuit.

DOCUMENTVM.

Vide Fili Sacrificij corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi virtutem & efficaciam, quod non modo è vinculis anima spiritualibus hominem eximit, sed etiam miraculosè corporum vincula soluit. Si tu etiam liberari vis, sacro Missæ officio singulariter addictus esto; quemadmodum adolescentem hunc fuisse credibile est, quandoquidem illius virtute, cum insigni miraculo, tantum beneficium promeruit.

Orabis pro omnibus seruis Christianis, & pro illis, qui malo suo exemplo, proximos scandalizant.

EXERCITIVM XIII.

Sacramentum hoc penas, post peccatum remanentes, imminuere.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane, post peccatum per contritionē aut pēnitentiæ Sacramentum dimissum, restare adhuc luendam pēnam temporālē, pro inordinata delectatione in peccatis habita, iuxta illud Apocalypsis : *Quantum glorificavit se, & in delictis suis fuit: tantum date illi tormentum & luctum*

2. **C**ONSIDERA pēnam hanc posse exolui ac deleri, vel in futura vita igne Purgatorij, vel in præsenti vita operibus pijs & satisfactorijs, quod privilegium DEVS viventibus concessit, ut acerba Purgatorij tormenta possint euadere.

3. **R**EVOLVE tecum, sanctissimum hoc Sacramentum, & diuinum Sacrificium DEO acceptissimum, habere virtutem delendi pēnam, quæ peccatis nostris debetur, idque vel plus, vel minus, iuxta susceptionem, aut ad Sacrificium concurrentium deuotionem, & dispositionem.

4. CONSIDERA, sacrosanctum Missæ Sacrificium, in quo Sacramentum hoc consecratur, & DEO Patri offertur, non tantum viuentium, sed etiam animarum Purgatorij pœnas tollere atque obliterare, atque inde fieri, quod multæ animæ huius Sacrificij virtute, in dies è purgatorio in cælos euolent.

5. EXPENDE tecum, benignissimū IESUM non modo nos adiuuare ad pœnas, quarum debitores sumus exoluendas: sed etiam facere, vt nouas pœnas non incurramus: quia dum cælesti hoc Sacramēto nos roborat, atque vires nobis ad deuitanda peccata præbet, ab earum quoque pœnis nos liberat.

COLLOQVIVM.

Fierine potest Domine, vt in beneficijs & donis in nos conferendis non fatigeris? Fierine potest, vt munificam manū tuam, nostrā ingratitude ac tepiditate offensus, ad te non retrahas? Verè Domine tu es *Pater misericordiarum* & *DEVS totius cōsolationis*, qui tot vijs ac rationibus, nos tuis misericordijs consolari quæris. Sufficere poterat quod de cælis descendisses, nosque à peccatorum tyrannide vindicasses: sed quod reuertens in cælum, nobis reliqueris

D 7 hanc

hanc hostiam pacificam: vt ad exoluendas peccatorum nostrorum pœnas nobis auxilio esses, opus hoc est excessiuæ charitatis. Vnquamne auditum fuit, quod Dominus, posteaquam vilem & ingratum seruum à carcere liberaffet, cum eo postea remanserit, vt expensas & debita in carcere contracta dissolueret? At I E S V S Christus, anima mea, nobiscum manet in sacra hostia, vt pro vestris debitis satisfaciatur, & pœnas quas dum in peccati carcere fuimus contraxeramus, exoluat. O veteris testamenti Patres sanctissimi, quàm iustè (vt huius Saluatoris aduentum acceleraretis) clamare potuistis: *Vtinam disrumperes calos & descenderes:* Intelligebatis enim Saluatorem hunc, non modo vos esse liberaturum à seruitute peccati, sed etiam auxilio futurum ad pœnarum exoluendas, & abbreviandum vestrum exilium. O nos fœlices, quibus beata hæc fors obrigit.

Quanto melior est nostra conditio, quibus non fuit opus seruatoris aduentum expectare, sed præuenit nos, & nunc etiam excellentiori nos decorans beneficio, in sacra hostia nos expectat, vt ad satisfaciendum pro debitis, nobis opituletur? Anima mea non queramur amplius cum S. Iob, dicendo: *Pene militant in me:* hoc est, pœ-

DE SAC. EUCHARISTIAE. 87

næ scelerum nostrorum nobis aduersantur, & nos vinctos retinent, ne expediti ad patriam proficisci valeamus: non inquam queramur, quia *Dominus soluit compeditos*, & nobis ad pœnas exoluendas manum præbens auxiliatricem, vincula nostra dissoluit, libertatemque ambulandi nobis tribuit.

ORATIO.

A *Mabilissime IESU, cui proprium est misereri semper & parcere, te obsecro per tormenta qua in ligno Crucis sustinisti: largire mihi gratiam, omnia scelerum meorum debita sic dissoluendi, vt liber à futura vite supplicijs acerbissimis, te per omnia secula seculorum laudem & glorificem. Amen.*

MIRACVLA.

IN serm. Discip. serm. 160. legitur: Cuidam Dominicanę familię Patri Prouinciali, cum nocte post preces Matutinas orationi vacaret, apparuisse fratrem quendam nigrum atque deformem: à quo cum sciscitaretur quis esset. Respondit, se esse illum fratrem sibi charissimum, paulo ante vita functum.

Inter-

Interrogatus deinde quo in statu esset: Respondit, admodum malè secum agi, seque acerbissimas pœnas perpeti, atque ad eas quindecim annis condemnatum esse. Cui Prouincialis admirans ait: Quomodo id fieri potest, cum in numero bonorum & piorum Monachorum semper habitus fueris? Respondit ille: Alia esse iudicia DEI, alia hominum; subiunxitque, se pœnas has commeritum fuisse; rogatque pro antiqua familiaritate, vt sibi veire opitulari. Prouincialis misericordia motus, matutino tempore Sacrificium pro animæ ipsius liberatione obtulit, & antequam sacrum Christi corpus acciperet, cum illud manibus adhuc teneret, multis cum lachrymis & ingenti cum affectu, DEVM precatus est, vt amicum à pœnis velit absoluere. Exauditus est, & nocte sequenti eundem fratrem totum gloriosum & instar solis lucem respexit. Qui cum pro oblato Sacrificio gratias egisset, seque illius virtute liberatum esse affirmasset, in cœlos eocurrente, discessit.

Adolescentes duo, literis ac pietati simul operam dantes, magna que inter se familiaritate deuincti, mutuo sibi sponderunt, vt qui primus illorum è viuis excederet, alterum (permittente DEO) de statu suo certi-

certiorem redderet. Mortuus est non it^a
multò post, vnus eorum ; atque sexdecim
dierum elapso spatio, multa luce coruscus
commilitoni suo apparuit, dicens: Per gra-
tiam D^ei saluus factus sum, & æterna
gloria nunc perfruor. Cui alter: Quia potis-
simum re id promeruisti : & quid dum in
terris viueres, diuinæ Maiestati in te maxi-
mè placuit. Respondit ille: frequentatio Sa-
cramentorum : præcipuè sacræ Commu-
nionis, cum deuotione atque pura consci-
entia, crebra perceptio : hæc me liberauit,
ab innumeris peccatorum periculis. Refert
exemplum hoc Vigiegas de *fruct. Sanctorum*
disc. 27.

DOCUMENTVM.

Fili, si vis Dominum tibi esse benignum,
& in penis peccatorum tuorum obli-
terandis auxiliatorem, accede ad sacram
Communionem debita cum preparatione,
animique feruore : quanto enim maior
fuerit deuotio tua, cum qua Christum su-
sciperis: tanto excellentiores effectus con-
sequeris. Si autem animo tepido ac lan-
guido illum sumpseris, loco præmij, flagel-
lum promereberis.

Ora-

Orabis pro animabus in Purgatorio existentibus, vt à pœnis quibus torquentur, eripi mercantur.

EXERCITIVM XIV.

Sacramentum hoc esse maximè stupendum, & admirabile mundi opus.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Anima mea illum, qui in sacra hac Hostia continetur, & maiorem inde hauries stuporem, quàm ex vniuersa mundi machina, quæ cælum & terram, per creationem à DEO productam complectens, sacrae Hostiæ, in qua Christus IESVS DEVS & homo, Sacerdotis ministerio transsubstantiatus præsens est, cedit.

2. **C**ONSIDERA, Verbi quidem Incarnationem, in qua DEI Filius humanam carnem assumpsit & homo factus est, stupendam fuisse, sed hoc mysterium multò magis obstupendum esse, in quo homo Christum sumit, per quod deiformis, & DEI filius efficitur.

3. **E**XPENDERE tecum, stupendum fuisse opus Redemptionis nostræ, in qua Dominus

DE SAC. EVCHARISTIAE. 91

minus pro seruis immania tormenta sustinuit. sed multò maioris stuporis esse hoc Sacramentum, quia in illa DE I Filius, semetipsum DE O Patri in Sacrificium obtulit: in hoc verò, hominibus etiam ingratis- simis in cibum se offert.

4. CONSIDERA multos extitisse Medicos, qui vt agro medelam facerent, operam omnem ad hoc contulerunt, vt medicinam quæ ad infirmitatis depulsi- onem accommodatissima esset, reperirent, sed nemo eorum ipse factus est medicina: Solus DE I Filius, posteaquam innumeros pro nobis labores deuorasset, demum in hoc Sacramento, voluit simul nobis esse Medicus, & medicina.

5. REVOLVB tecum, non minus obstupendum esse, quòd Sacramentum tantæ Maiestatis & excellentiæ, tam paucis verbis in momento penè sine labore con- ficiatur; præterea quod à Sacerdote, homi- ne videlicet, multis miserijs & ærumnis subiecto.

COLLOQVIVM.

CLarum est, Domine, omnia opera tua esse admiranda: nec illud obscurum, operum tuorum, aliud alio mirabilius & mag

magis obstupendum esse. Quando tempe-
 state oborta, ventis præcipiens, in ictu ocu-
 li mare pacatum & tranquillum reddidisti,
 admiratione repleti sunt vniuersi: Multò
 deinde magis obstupuerunt, quando cæco
 nato lumen oculorum restituisi, Vnde et-
 iam inquit: *A seculo non est auditum, quia
 qui aperuit oculos cæcitat.* Maximus denique
 stupor occupauit eos, quando Lazarum &
 filiam Archisynagogi à mortuis ad vitam
 reuocasti, quod & sacræ literæ innuunt,
 cum de astantibus aiunt. *Obstupuerunt stupe-
 remagno.* Sed omnium mirabilium quæ in
 Ecclesia sunt, nihil magis mirandum &
 obstupendum est, quàm sanctissimum hoc
 Sacramentum. Decebat enim, vt quod esset
 ditissimi annuli Ecclesiastici gemma inæ-
 stimabilis, tanti pretij, tamque admirandæ
 venustatis esset, vt omnes intuentes, obstu-
 pefaceret.

Sancte Moyses, qui Dei instrumentum
 in miraculis atque prodigijs obstupendis
 in Aegypto patrandis exististi, noli tanto-
 pere mirari, rubum ardentem, nec tamen
 consumptum. hunc potius cælestem panem
 mirare, qui *nec sumptus consumitur*, & charita-
 te inflammatus fumentem illuminat, &
 viuificat. Anima mea, si tu etiam mystici
 huius Sacramenti stupore correpta, acce-
 dere

dere aues, atque *visionem hanc magnam* contemplari: nosse etiam, quomodo cælestis hic panis sumptus non consumatur, nec imminuatur: quomodo à mille & ab vno perceptus, non amplius mille accipiant, quàm vnus: quomodo vnus idemque in pluribus simul locis existat: quomodo denique Christi corpus, quoad totam quantitatem suam in exigua hostia, & qualibet eius parte contineatur. Hæc inquam & alia mirabilia quæ in cælesti hoc Sacramento sunt, si vis intelligere, *solue*, vt Moysi priusquam ad visionem rubi ardentis accederet imperatum fuit, *calceamentum de pedibus tuis*. Exue calceamenta carnalium affectuū, quia *terra sancta est*. Et quando sic disposita fueris & præparata, nescio an plus stuporis ex his quæ iam dicta sunt, haustrura sis; an verò ex eo, quod Dominus tantæ maiestatis tui amore, in exiguam hanc hostiam quodammodò se incluseric? Quod Rex sempiternæ gloriæ non dedignetur, imo desideret in domum tuam, quantumuis vilem & egenam descendere: Quod deniq; **D & I Filius fiat cibus tuus?**

ORA-

ORATIO.

Omnipotens DEVS, qui magnus es, & faciens mirabilia, qui es solus DEVS, quandoquidem voluisti in Sacramento Altaris esse memoriale & compendium quoddam omnium operum tuorum mirabilium, te humiliter obsecro, dignare etiam in me aliud quiddam mirandū efficere, atque animam meam dignam reddere, qua te summa Maiestatis Dominum hospitio excipiat. Vnde tantò manifestius elucescet potentia tua, quanto ego presentia tua indignior sum. Amen.

MIRACVLVM.

IN prompt. Disc. Exemp. 36. legitur, Mulierem quandam valde afflictam, & iam penè desperationi proximam, eò quod apes illius non mellificarent, sed paulatim consumerentur ac morerentur: ex consilio improbæ cuiusdam vetulæ, accepisse sacrosanctum Christi corpus, illudque in arcula quadam inclusum vni ex aluearijs imposuisse.

Quæ cum altera die pergeret, vt quid circa apes actum esset conspiceretur, inuenit eas admirandum è cæra construxisse Sacellum

cellum, omnibus partibus suis ritè absolute, cui nec ianua, nec fenestra, nec turris, nec sacrificia, nec tectum, nec quicquam eorum, quæ ad illius perfectionem pertinerent, deesset. Erat & in eius medio altare, & in eo calix, in quo sacrosanctum Christi corpus repositum erat. Attonita mulier, & tam mirabile atque stupendæ artis ædificium cælare non valens, adiit Sacerdotem, eique totum rei successum ex ordine retulit: ille omnibus intellectis, solenni cum processione ad locum accessit, sublatoque omni cum reuerentia sacrosancto Christi corpore, ad Ecclesiam detulit; quod apes in via circumcingentes, volatu suo atque bombis, suauem ei harmoniam faciebant.

DOCUMENTVM.

Aspice fili, quomodo etiam animantia rationis expertia, Creatorem & Dominum in sacra hostia presentem honorent. Et quamuis id singulari Spiritus sancti instinctu factum sit, nihilominus per illud tibi datur intelligere, quod veluti creatura ratione prædita, eadem sacrosancta mysteria, tota animi tui
affe.

affectione honorare ac reuereri debeas. Vt tibi si hac in re à bestijs ratione atque intelligentia carentibus, superari te passus fueris.

Orabis pro Sacerdotibus, & augustissimi huius Sacramenti ministris, vt dignè atque cum populi ædificatione, sacrosancta hæc mysteria tractent.

EXERCITIVM XV.

*Sanctissimum hoc Sacramentum nos
Christo Domino perfectè
vniere.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE fidelis Christiane, nullam omnino creaturam posse obtinere suam perfectionem, nisi Creatori suo, atque principio à quo dependet, vnita fuerit: sed sine illo esse veluti ramum abscissum ab arbore, qui sterilis est, & confestim arefit.

2. **C**ONSIDERA, cum huius Sacramenti proprium sit dignè sumentem in se conuenere, cumque in eo Creator noster reuera contineatur, necessario sequi, quod sumentem vnam cum illo constituat.

luxta

Iuxta illam Christi sententiam; *Qui manduca-
sat meam carnem, in me manet, & ego in illo.*

3. EXPENDE tecum, vinculum sanctæ huius vnionis esse charitatem, cuius sedes est in nostra voluntate: sacramque Eucharistiam quia Sacramentum amoris est, ita nos DEO coniungere atque colligare, vt vnus cordis atque vnus voluntatis cum illo nos constituat.

4. CONSIDERA verè beatum ac felicem illum dici posse, qui per sanctam hanc vnionem, ita DEO vnitur atque sociatur, vt nihil velit, nisi quod DEVS vult, & verè dicere possit. *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.*

5. REVOLVE tecum, sanctissimum hoc Sacramentum appellari Communionem, hoc est, communem vnionem, quia non tantum vnit nos per amorem Christo capiti nostro, verum etiam membra eiusdem capitis inter sese; dum voluntatem nostram ad proximos, veluti nos ipsos, diligendos inclinat.

COLLOQVIVM INFORMA

Dialogi.

HOMO ET ANIMA.

HOMO. Certum est anima te non esse
sufficiètem ad perfectionem à temet-
E ipsa

ipsa consequendam: sicut enim esse tuum ab alio dependet, ita quoque aliorum ego ope, ut ad debitam perfectionem pertingere valeas. **ANIMA**. Ita se rem habere, & ego agnosco atque confiteor, non enim mihi metipsum atque viribus meis inniti queo. **HO**. Tecum igitur perpende, cui potissimum iungi atque inniti debeas. **AN**. Quis ille tantus cuius ego potestati me submittere debeam? Quis ille, cui ego in fallaci hac vita confidere possim? Quis ille in quem ego spem atque fiduciam omnem collocare valeam, ne circumveniar? Cur præsertim sacræ literæ inquam: *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non est salus: cum etiam maledictus sit qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum*. **HO**? Rectè Anima mea; nam homines sunt instabiles, & in tempore necessitatis facile deficiunt: hinc enim est, quod quando maximè volunt, non possint opitulari: aut si possint, vel quomodo id facere debeant non norint, aut non velint. Quærendus igitur tibi est aliquis, qui velit, norit & possit tibi subuenire. **AN**. Iste nec homo esse potest, neque Angelus, sed **D** **E** **S** tantum, à quo provenit omne bonum. **D** **O** **M** **I** **N** **E**, alium præter te nolo protectorem: tu potes mihi ea largiri quæ mihi defunt, quia es omnipotens.

DE SAC. EUCHARISTIAE. 99

potens. Tu vis, imo desideras mihi succur-
tere, quia es infinitè bonus. Tu scis quo-
modo mihi opitulari debeas, quia es ipsa
met sapientia.

Tu dixisti. *Bonum est confidere in Domino,*
quàm confidere in homine. Et. Qui confidit in Do-
mino, non commovebitur in eternum. Cum igitur
hæc ita se habeant, magna esset stultitia
mea, si alteri quàm tibi me vnirem, & in
alio quàm te, omnem spem atque fiducia
meam collocarem. Ho. Anima mea om-
nia quæ dicis vera sunt, sed quo medio, hu-
ic tantæ maiestatis Domino te sociabis?
AN. Aliud nolo medium, quàm amoro-
sum hoc Sacramentum, in quo Christus
Seruator meus reuera continetur. Quis e-
nim perfectius me DEO vnire potest quàm
Christus, qui DEVS est & homo atque
mediator DEI & hominū? Memento Re-
demptor mi, quod sæpe Patrem tuum ro-
gaueris, *vt omnes vnum sint,* hoc est vt omnes
fideles, tecum & cum Patre indissolubili
fædere coniungantur. Recordare præterea,
quod vt hanc amorosam vniõnem perfice-
res, temetipsum in hoc Sacramento nobis
reliqueris sub specie panis, qui fit ex mul-
torum granorum coniunctione. O S. Paule
Apostole, instrue me, quomodo Christo
LEVI ita vniri valeã, vt tecum verè dicere
possim.

possim Quis nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c: certus sum quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare à Charitate DEI, quæ est in Christo IESU Domino nostro.

ORATIO.

Pijssime IESU, per arctam illam unionem, qua semper Patri tuo vnitus fuisti, te obsecro, largire mihi gratiam, vt in omnibus rebus, ita me diuina voluntati tuæ conformem, vt propriam meam voluntatem deseram, & tecum dicam: Non mea voluntas, sed tua fiat, Sic enim securus atque certus ero, me non errare, nec quicquam, quod mihi postea displicitur um sit, agere.

MIRACVLVM.

IN Bauaria non longè ab Ingolstadio, rusticus quidam simplex sed pius, cum ob curam quam gerebat bestiarum, non posset omnibus festis adorare CHRISTVM in sacrificio Missæ, secretò particulam sacræ Hostiæ asseruatam, in foramine baculi sui in hunc finem facti, deposuit. Quem baculum, festis omnibus, quibus

bus illi non dabatur aditus ad Ecclesiam, humi defigebat, & in eo, genibus nixus, recitato Rosario alijsque precibus, venerabile Sacramentum adorabat. Cùm autem quodam tempore bestia ob aëris intemperiem, vel alia de causa, hac illacque discurrerent, ille alium baculum, quo ordinariè vti consueuerat, in illas abiecit, & fortè baculū, qui sacrū Christi corpus continebat, deiecit. Vnde dolēs, flexis genibus conatus est illū attollere, sed terra in qua iacebat baculus, cædebat, & eo magis, quo ille manū amplius extendebat. Erigens autem se cum magno animi mæore, ac perturbatione: ecce videt omnia iumenta circum fossam Dominum flexis genibus adorare. Itaque bonus homo ex miraculo attonitus, continenter lachrymans accurrit ad Parochum. Parochus ad Episcopum, qui solemni cū processione vt ad locum peruenit, magna cum reuerentia & humilitate, baculum, cui venerabile Sacramentum insertum erat, sustulit. In memoriam autem huius miraculi constructa est ibi Ecclesia, quæ dicitur Saluatoris, ad quam magnus est populi concursus, qui ex religione loci, aliquid ex terra fossæ illius secum asportare consuevit.

DOCUMENTVM.

Fili da operam, vt augustissimum hoc Sacramentum habeas, non in baculo vti rusticus hic, sed in corde: DEO per voluntatem vnitus esse, eiq; semper dicere sat agendo: Fiat voluntas tua: gaudendo etiam, quando cunque tibi Sacramentum hoc honorandi præbetur occasio: hoc etenim faciens, portabis illud in corde.

Orabis pro pace & vnione inter Christianos Principes, vt inter se mutuo, & cum capite suo I E S V Christo coniuncti sint.

EXERCITIUM XVI.

Sacramentum hoc etiam contra inimicos corporis prodesse.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima mea, Venerabile hoc Sacramentum appellari, Hostiam, id est, sacrificium contra hostes, quia reddit nobis DEVM adiutorem contra hostes, non tantum spirituales, sed etiam corporales, quos quando expedit, confundit & castigat.

2. **CONSIDERA** quomodo irruentibus Saracenis Assisij, in monasterium S. Claræ, cum illa vr̄a barbarorum incurſu ſacras Virgines tueretur, ſanctiſſimum hoc Sacramentum, eo in loco per quem aſcēdebant, conſtituiſſet, illi huius Sacramenti virtute proſtigati fuerint, nonnulli etiam cæcitate percuſſi, in terram præcipites ſe dederint.

3. **EXPENDE** tecum, quia in ſacroſancta Euchariftia Chriſtus **I E S V S**, iuſtorum protector & deſenſor, præſens eſt, credibile eſſe, illum etiam eos in omnibus neceſſitatibus tueri, & contra omnes hoſtes protegere.

4. **CONSIDERA**, Sanctam Eccleſiã in bellorum periculis, alijsque neceſſitatibus, & diſcriminibus hoſtium, ad gratam & ſalutiferam hanc Hoſtiam pro auxilio confugere conſueuiſſe: quod non faceret, niſi magnam illius aduerſum corporeos hoſtes virtutem eſſe intelligeret.

5. **REVOLVE** tecum, ſacram hanc Hoſtiam tum multò amplius virtutem ſuã demonſtrare, quando hoſtes cum quibus res eſt, infideles aut hæretici ſunt, quemadmodum in Germania & Flandria ſæpè accidit: vbi pauciſſimi etiam milites, de huius ſanctiſſimi Sacramenti virtute conſiſi, ſin-

gulares & miraculosas de ingentibus hæreticorum copijs, victorias retulerunt.

COLLOQVIVM.

Quid est quod tantoperè miraris Anima mea? Nū quod ad conspectum & præsentiam potentissimi huius Sacramenti, non modò Dæmones contremiscant, sed etiam corporales inimici diffugiant? Ne mireris hoc, quia sine illius, qui in hoc Sacramento reuera præsens est, voluntate, nulla creatura se mouere, nec quicquam magnum vel paruum facere potest. Domine, si hoc verum est, uti verò verius est, valde parum dixit seruus tuus Iob, quādo ait: *Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Ego verò plus dicam. *Pone me iuxta te, & manus omnium pugnent contra me.* non enim est quod sub tali protectore metuam. Dicā adhuc amplius: Insurgat contra me infernus, & tartaræ potestates armatæ bellum aduersum me comparent, modo tu mihi assistas, meque tuearis, *non timebit cor meum, quoniam tu mecum es.* Secura esto Anima mea, quamdiu DEVS tecum, & pro te fuerit, nemo tibi nocenti quicquam inferre poterit. Audi quid dicat Apostolus: *Si DEVS pro nobis, quis contra nos?* Contra DE-

v m & contra illos, qui proteguntur à Deo, nulla præualet potentia, nulla sapientia. Recordare Anima mea, quod Dauid adhuc puer, certamen cum Goliath Gigante initurus, abiecit arma Saulis, atque confusus in Deo, vastam illam carnis molem, Goliath videlicet Philistæum, qui solus toti exercitui Israelitico terrori erat, prostravit & interfecit. O sancte Dauid, quam iuste postea dicere potuisti. *Beatus vir, cuius est auxilium à DEO.* Insaniam igitur mundus quantum vult & potest, si pro se non haberit Christum Saluatorem, nihil efficiet. *Nisi enim Dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam.* Eia anima mea, noli mirari quod creaturæ nihil possint aut valeant in comparatione Creatoris, cuius potestas est infinita: homines verò tantum possunt, quantum ille vult, non amplius. Admirare potius, quod cum sit tantæ potentæ, non vliscatur se de illis, qui sceleribus suis eum offendunt: quique percepto singulari cælestis huius Sacramenti dono, tanto beneficio ingrati sunt, nec illum, ea qua decet reuerentia, tractant.

ORATIO.

AD te confugio omnipotens DEVS, cuius potentia nemo potest resistere, quia cum ego valde imbecillis & egenus sim, atque hostes mei innumeri ac potentes: nisi tu mihi opituleris, perij. Quobrem Domine, extende manum dexteram tuam super me, ne ab ijs, qui mihi nocere cupiunt, damnum aliquod patiar, & a te protectus, cantem tibi cum filijs Israel. Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltauit me, non moriar, sed viuam & narrabo opera Domini. Amen.

MIRACVLA.

DE Magno illo Constantino, Imperatore non minus pio, quam in bello inuicto, memoriae proditum est, eum tantam fiduciam in Sacramento hoc semper habuisse, vt nunquam praelium cum hostibus suis inire consueuerit, nisi prius milites sui sacrosanctam Hostiam in Missa, quam super altari portatili ante congressum fieri iubebat, consecratam, venerati fuissent & adorassent.

DE SAC. EŪCHARISTIAE. 127

taffent. Euseb. in vita Constant.

Carolus Magnus in omnibus expediti-
onibus bellicis, quales plurimas habuit, ex
quibus etiam gloriosas sæpè reportauit vi-
ctorias, tantam spem in diuino hoc Sacra-
mento repositam habebat, vt antequam
eum hostibus manus confereret, illius se
virtute armaret, vti refertur in Summa præ-
dicant. *de bello. num. 23.*

Ludouicus XII. Galliarum Rex, cum in
florentissimum Galliarum regnum coniurati
hostes vndeque insurgerent, ad reprim-
endos hostium conatus, auxiliique diuini
consecutionem, iussit sub eleuatione
corporis & sanguinis Domini, à choro fi-
delium alta voce hunc hymnum decanta-
ri. *O salutaris Hostia, quæ cæli pandis ostium, bellis
premunt hostilia, da robur, fer auxilium. Nec
vanafuit hæc Regis erga sacrosancta hæc
mysteria deuotio. De v s enim tam gratã
eam habuit, vt partim sanctissimi huius Sa-
cramenti, partim piarum precum virtute,
Gallia à coniuratorum machinationibus
liberata fuerit. Durant. de rit. Eccles. lib. 2. ca-
40. num. 7.*

DOCUMENTVM.

INtuere Fili, quomodo magni etiam iuxta seculum Principes, & Imperatores inuicti, sacrosanctam Eucharistiam singulari deuotione, & cultu venerati fuerint. Aspice præterea, quomodo DEVS eosdem multis beneficijs decorauerit, atque victorijs quam plurimis inlytos reddiderit: ita & tu, si caelesti huic Sacramento deuotus fueris, & singularem ad illud affectionem gesseris, victoriam contra hostes tuos consequeris; & quod maius est, à DEO adiuuaberis, atque multis ab eo donis & beneficijs cumulaberis.

Orabis pro illis, qui pro Catholica fide, contra hostes eiusdem fidei bella gerunt, vt DEVS illos à periculis eximat, atque peccandi occasiones submoueat.

EXER.

EXERCITIVM XVII.

*Sacramentum hoc auxilio nobis esse
ad consequendam beatitu-
dinem sempiter-
nam.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane,
finem nostrum, quia non pro terra,
sed pro caelo conati sumus, esse vitam æ-
ternam, hoc est, vitam gloriosam, omnibus
delitijs & voluptatibus affluentem, atque
omnium bonorum plenitudinem in se cõ-
plectentem: quæ quoniam ab omni malo
libera est, beata vita appellatur.

2. **C**ONSIDERA, Christum gloria
Parentem, donare vitam æternam, omni-
bus sanctissimum hoc Sacramentum dignè
suscipientibus, quia ipse dixit. *Qui manducat
meam carnem, habet vitam æternam.*

3. **E**XPENDE tecum sanctam Eccle-
siam hoc ipsum in Antiphona de venera-
bili hoc Sacramento confirmare, cum ait,
quod in eo *Christus sumitur, & futura gloria
nobis pignus datur.* Gloria enim & vita æter-
na in caelis ei conferetur, qui pignus eius
in terris acceperit.

4. CONSIDERA, Sacramentum hoc appellari etiam *viaticum*, id est provisionē ad iter agendum: quia perinde, ut viaticum corporale auxilio nobis est, ut peruenire valeamus ad locum, ad quem pergimus; ita cæleste hoc viaticū opitulatur nobis, ut ad Hierosolymam cælestem, patriam videlicet nostram, pertingamus.

5. REVOLVE tecum, ea quæ nos ab æternæ vitæ consecutione maximè præpediunt, esse peccata, & peccatorum pœnas, quæ in Purgatorio luendæ restant: Quia vero Sacramentum hoc uti supra diximus, peccata tollit, eorumque pœnas imminuit, idcirco ad æternam vitam adipiscendam, nobis est subsidio.

COLLOQVIVM.

TV ipse, Domine, es vita æterna, ad eam que finis noster cuius causa conditi sumus. Magna profectò est dignitas nostra, quod finis noster esse volueris: Quod verò ad finem hunc consequendum, per diuinū hoc Sacramentum adiumento nobis esse volueris, nouum & multò excellentius est beneficium. O amorosam DEI sapientiã: ut nulli creaturæ nos obligatos redderes, voluisti eundem Filium tuum, qui sub pœnis accidentibus reuera continetur, nobis

DE SAC. EUCHARISTIAE. 115

ductorem & adiutorem esse, quò peruenire possemus ad te. Quis enim non videat, si homo aut angelus ad adipiscendum hunc finem praesidio nobis extitisset, nos eis deuotissimos futuros fuisse? Anima mea excitare, & quanto cyus IESVM tui amantissimum sequere, qui sub specie panis ab hac vita misera & mortali, ad beatam & immortalem vitam nos vult perducere. Ambula & noli metuere, quamuis enim via aliquantulum longa & ardua sit, nihilominus est segura, & sub tam bono ductore, non erit tibi difficilis. Quamobrem forti & imperterrito sis animo, quia etiam si multo adhuc difficilior, operosior, & angustior foret, attamen vita aeterna, ad quam illa ducit, tam faelix, & omnibus bonis locuples est, vt posteaquam illuc perueneris, gressus tuos, & labores transactos, benedictura sis & confessura, *non esse condignas passiones huius saeculi, ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis.* Eos etiam qui contrariam semitam perambulant, amentissimos iudicatura sis: quia in vita aeterna, ad quam augustissimum hoc Sacramentum nos perducit, tanta cum voluptate, atq; satietate viuitur, vt nihil amplius desiderandum superfit. Viuitur ibi sine suspicione, sine inuidia; imo tanta cum animorum
vniõne.

vnione, vt in omnibus, vnum dūtaxat cor, atque vnicam tantummodo voluntatem esse videri possit. In illa vita non regnat mors, non senectus, non aliud malum, sed vnusquisque gaudet, & sine fastidio gaudet. Et vt breuiter dicam, Vita hæc est vita beata, vita gloriosa, vita diuina, quæ nunquam deficit, nemini potest auferri, à nemine impediri; ac denique talis est, vt qui ea fruitur, nihili pendat omnes voluptates, omnes diuitias & omnia commoda præsentis vitæ. Vt verè de illis, qui ea fruuntur, dici possit. *Beati qui habitant in domo tua Domine: quia in cælesti Hierosolyma, quæ domus DEI est, absterget DEVS omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.*

ORATIO.

Miseri cordissime DEVS, te humiliter obsecro, vt quemadmodum sine merito meo, lumine sanctæ fidei, ad cognitionem finis, ad quem à te conditus sum, nimirum, ad æterna vitæ bona, me illuminasti: sic etiam mihi gratiam & fortitudinem largiri digneris, vt sic transeam
per

DE SAC. EUCHARISTIAE. 113

per bona temporalia , vt non amittam
æterna. *Amen.*

MIRACVLVM.

CVM S. Antonius, quem vocant, de
Padua, aliquando in partibus Tholo-
sanis, in hæsiarcham quendam insigni-
ter perfidiosum incidisset, qui veritatem
corporis & sanguinis Christi in Eucharis-
tia pernegabat, illumque multis rationi-
bus & varijs scripturæ locis ita pressisset, vt
planè victus, veritati accedere cogeretur,
ille in hæc verba prorupit: Omisssa verbo-
rum contentione ad res veniamus. Tu si
miraculo testatum facere potes, verum
Christi corpus in Eucharistia contineri,
omni perfidia abiurata, mox ceruices meas
Catholicæ fidei iugo submittam. Cui vir
sanctus. Confido, inquit, in Christo Salua-
tore, me pro tui, & aliorum conuersione,
id quod postulas, ab eius misericordia im-
petraturum. Tum hæreticus: Ego iumentū
quoddam triduana inedia macerabo, post
triduum verò producam illud in populi
conspectum, & paratas escas ostendam illi,
tuque stabis ex aduersò cū tuo illo, vt dicis,
corpore Domini. Si iumentum posthabito
pabulo suo, properauerit ad adorandum

DE VM

DEVM suum, vestrae fidei decretis totus
accedam. Assensit Vir sanctus, & rumore
iam longè lateque vulgato, tertio die, in-
genti Catholicorum frequentia stipatus,
ad locum praestitutum accessit. Peracto que
prius in vicino sacello, Missae sacrificio, cū
corpore Domini foras egressus est. Produ-
ctus fuit & mulus benè famelicus, congru-
umque illi pabulum oblatum: quod cum
valdè avidè completeretur, Vir DEI im-
perato silentio, magna cum fiducia ad bru-
tum animal conuersus ait: In virtute & no-
mine Creatoris tui, quem manibus, licet
indignus, reuera teneo, tibi praecipio, vt cō-
festim humiliter huc accedas, & eam quam
par est, illi praestes reuerentiam. O rem stu-
pendam. Vix verba finierat, cū ecce iu-
mentum neglecto pabulo, abiecto etiam
eo, quod iam ore corripuerat, ad poplites
vsque submisso capite accessit, & coram
illo viuifico corporis Christi Sacramento
genu curauit. Quo miraculo Catholici
ingenti gaudio perfusi fuere: haesiarcha
verò, abiurata coram omnibus perfidia,
Catholicae fidei ex animo nomen dedit.
Scribit hanc historiam. S. Anton. in *Chron.*
hist. par. 3. tit. 24. §. 2. Surius *tomo 2. die 18. Iunij.*
Miraculum hoc, loco huic ideo inseritur,
quia multis ad aeternam vitam auxilio fuit:
illius

DE SAC. EVCHARISTIAE. 119

Illius enim occasione, non pauci ex hæreticis conuersi, alij autem in fide, quæ vitæ æternæ fundamentum est, & sine qua nemo saluari potest, confirmati fuerunt.

DOCUMENTVM.

Vide Fili, quomodo brutum hoc animal relicto pabulo, pergat ad Creatorem suum adorandum: sic & tu maiorẽ DEI & salutis tuæ rationem habere debes, quam quarumcunque rerum huius mundi: cum Christus dixerit. Qui non odit Patrem suum & matrem, adhuc autem & animam suam, id est vitam propriam, non potest meus esse discipulus. Quibus verbis significare voluit, ad vitam æternam consequendam, omnia quæ nobis impedito sunt, relinquenda esse.

Orabis pro Gentilibus & Paganis, ut DEVS illos vera fide illuminet, quò faciẽs ad quem à DEO conditi sunt, agnoscere & consequi valeant.

EXER-

EXERCITIVM XVIII.

*Salutiferum hoc Sacramentum etiam
corporis sanitatem con-
ferre.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE anima mea,
I E S V M Christum Servatorem no-
strum esse Dominum vitæ ad mortis: sani-
tatis & infirmitatis: quibus non secus in-
perat, atque Rex subditis & famulis su-
is.
2. **C**ONSIDERA mulierem illam E-
uangelicam, solo vestium Christi cōactu,
à fluxu sanguinis, quo duodecim annis
miserè tortafuerat, curatam fuisse. Si ergo
vestimenta Chr sti sanitatem conferre po-
tuerunt, Sacramentum hoc in quo corpus,
anima, & diuinitas Christi reuera conti-
netur, eandem efficaciam non obtine-
bit?
3. **E**X P E N D E tecum, mortuum cor-
pus Helisæi, solo alterius defuncti homi-
nis attactu, eidem homini vitam reddidit-
se, atque illum, vti sacræ literæ confirmât,
à mortuis ad vitam reuocasse; Si corpus
Helisæi exanime talem habuit virtutem,
quis

quis neget Christi corpus viuum & gloriosum, non multò maiori virtute præditum esse?

4. CONSIDERA, per orationes ad sanctissimum hoc Sacramentum fufas, multos ab ægitudinibus suis liberatos fuisse, sicuti legimus de S. Gregorio Nazianzeno, & Gorgonia eius Sorore: quorum ille à morbo incurabili, hæc à grauissimis quibus laborabat infirmitatibus exempta fuit.

5. REVOLE tecum, quia in sacrosancta hac Hostia Christus, infinitæ bonitatis ac potentæ Medicus, reuerà præsens est, certò credendum esse, illum & velle & posse vniuscuiusque infirmitatibus mederi; modò ex parte infirmi adsit debita dispositio, & salutis animæ ipsius id expediens sit.

COLLOQVIUM.

NEgari non potest, Domine, augustissimi huius Sacramenti, ingentem & obstupendam esse virtutem, cum effectus ipsius manifesti sint in cælo & in terra. Anima mea, vide quanta sit Seruatoris nostri, erga nos sollicitudo. De cælis in terram delapsus, veluti cælestis Medicus, illuminauit cæcos, linguas mutorum soluit, auditū
surdis

surdis reformavit, mortuos ad vitam re-
 duxit, & omnia infirmitatum genera solo
 verbo depulit: ad caelos autem reuersurus,
 ut & nos tantorum beneficiorum partici-
 pes redderemur, semetipsum in Venerabi-
 li Sacramento nobis reliquit, quo sic no-
 strorum malorum curationem continua-
 ret. Non videtur tibi haec esse amorosa pro-
 uidentia? Neque hic tamen substitit eius
 Charitas. Alij namque Medici, siue homi-
 nem sanitati restituant, siue non, remune-
 rari volunt: non autem aegro praemia vel
 coronam largiuntur: Solus I E S U S est, *qui
 sanat omnes infirmitates tuas, & qui coronat te in
 misericordia, & miserationibus.* O charitatem
 inauditam. Liquidò hinc patet Seruator
 mi, te esse Medicum caelestem, atque hanc
 medendi rationem, non in terra pertina-
 ci studio inuestigasse, aut ab hominibus di-
 didisse. O sancte Tobia, quanta fuit obliga-
 tio, qua te Angelo Raphaëli, qui te à cæci-
 tate liberauerat, deuinctum esse censuisti?
 non ignoro quod dimidiam omnium bo-
 norum, qua: filius tuus secum attulerat,
 partem ei obtuleris. Quanta ergo erit obli-
 gatio nostra, qua Domino Angelorum
 obstricti sumus, qui sub accidētibus panis,
liberat nos ab omnibus infirmitatibus nostris?
 Quid dignum offeremus tanto benefacto-
 ri?

DE SAC. EUCCHARISTIAE. 119

ri? Caterum ô Domine, quid mihi prodest,
quod Sacramentum hoc medendi virtutē
habeat, si mihi desit illa dispositio, quæ ad
hoc, vt ab illo medelam consequar, exigi-
tur? Instrue me ô bone Centurio, quibus
potissimum medijs, filio tuo sanitatem à
Christo impetraſti? Quæ fuit dispositio tua?
Noui quod dixeris: *Domine non sum dignus, vt
intres sub tectum meum sed tantum dic verbo, &
sanabitur puer meus.* Quæ verba tantoperè
placuerunt Ecclesiæ, vt illis in administrā-
do pretioso hoc Sacramento vti consue-
uerit. Video adhæc, duas insignes in eis-
dem verbis virtutes potissimum elucere;
Humilitatem videlicet, & Fidem, quæ sunt
fundamenta nostræ salutis. Ego etiam
Domine, Cēturionis huius vestigijs inhæ-
rens, ex animo fateor & agnosco, me in-
dignum esse, cuius tu pauperulum do-
micilium ingrediaris: credo præterea
te minimo etiam verbo ab
omnibus malis meis
grauissimis, me
liberare
posse.

ORA.

ORATIO.

Pissime IESV, vnicum malorum nostrorum remedium, quandoquidem de caelis descendisti, vt vulnera nostra curares: te oro per illam charitatem, quae te id facere compulit, perq̄, illam compassionem, qua nostri misericordia motus es: largire mihi viuam Fidem, & profundam humilitatem: vt per hasce virtutes à te obtineam corporis sanitatem, & animae sanctitatem. Amen.

MIRACVLVM.

Refert Surius 22. Aprilis de S. Theodoro Episcopo Ancyrano, cum quadam die sacrosanctam Eucharistiam cuidam puero muto ministraret, illumque iuxta morem ceterorum non audisset respondentem Amen, & mutum esse ignoraret, dixisse ad puerum; Dic Amen. Qui statim, (virtute suscepti Sacramenti lingua soluta & facultate loquendi recepta) non modo clara voce pronuntiauit Amen, sed etiam perse ceteros omnes animi sui conceptus eloqui cepit. Pater pueri qui praesens aderat,

rat, cum audiret filium loquentem, præ gaudio exclamavit, Miraculum. Miraculū. Fuit tum ibi Diaconus quidam nomine Domitianus, qui incredulus, verum esse miraculum sibi persuadere non poterat. Sed ille, Deo virtutem suam manifestius declarante, statim humi velut exanimis, grauiſſimis oppressus doloribus concidit. Quamobrem Clerici quidam accurrentes, eum trementem leuauerunt, quidque illi contigisset, percunctati sunt. Quibus ille respondit. Cum puer ille pronuntiaret Amen, & pater exclamaret, quod soluta esset lingua eius, ego non credebam id esse verū, sed fictum gloriæ causa existimabam: & vidi quasi flammam ignis ex ore pueri contra me egredientem, quæ mihi horum dolorum causa extitit.

Accessit deinde ad S. Theodorum, atque ab eo poposcit, vt pro se Deo v m obsecraret: qui eum benignè redarguens, hæc ei propter incredulitatem suam euenisse affirmavit. Quam & ille confessus, accepta ab eo benedictione, ab horrore ac metu liberatus est, atque deinceps cautius vixit.

DOCUMENTVM.

Aspice fili, quomodo mutus hic sacramentum corporis Domini Sacramentum, cum fide atque humilitate suscipiens, lingua usum recuperavit: Dico-
corus verò incredulus propter superbiam suam, à qua proficiscitur obstinatio illa, in non credendo ea, quae credenda sunt, à DEO percussus fuit. Sis igitur humilis & constans in fide, si vis ea quae à DEO postulas, consequi.

Orabis pro infirmis, & maximè pro illis, qui in Nosocomijs degunt, vt DEVS illis patientiam, & seruientibus charitatem ac diligentiam tribuat.

EXERCITIUM XIX.

*Sacramentum hoc malis mortem,
& bonis vitam adferre,*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE charissime frater, quomodo, cum in salutifero hoc Sacramento, verè contineatur Mundi Saluator, non posse non (quàm ex ipso est) adferre

adferre vitam & salutem: quemadmodum
omnis bona medicina ad ipsam quod atti-
net, apta est reddere sanitatem, non autem
morborum aut mortis causam esse.

2. **CONSIDERA** non esse Sacra-
mento huic adscribendum, si aliquando
mortis aut damnationis causa fiat, quem-
admodum in Iuda Apostolo & multis alijs
accidit, sed sumentium esse vitium, qui
non eo modo, aut eo fine ad quem à Chri-
sto institutum est, illud sumunt.

3. **EXPENDIS** tecum, Deum hoc ali-
quando permittere ad cautelam & instru-
ctionem nostram, vt Sacramentum tantæ
sanctitatis, sanctè tractemus; & non mo-
do diligeremus tanquam omnis boni fon-
tem, sed etiam timeremus, tanquam mali
iustum vindicem.

4. **CONSIDERA** vt Sacramentum
hoc mortis aut alterius mali causa non sit,
opus esse, vt sumatur & tractetur mundo
corde: Quod vt Christus significaret, ante-
quam Apostolis sacrosanctum corpus suū
impertiretur, pedes eorum lauit, quamuis
omnes præter Iudam mundi forent.

5. **REVOLVE** tecum, requiri præte-
rea, vt suscipiatur recta & sincera cum in-
tentione, vt sumpserunt illud vndecim
Apostoli: Et profunda cum humilitate ac

viua fide, quemadmodum Centurio Chri-
stum suscepit: Ac denique eum gaudio &
bona voluntate, sicut eum Zachæus exce-
pit, propter quod etiam audire meruit. Ho-
die salus domui huic facta est.

COLLOQUIUM INFORMA
Dialogi.

HOMO ET ANIMA.

HOMO. Anima cur sic cogitabunda &
attonitæ similis consistis? Quid est
quod tantam tibi parit admirationem? A-
NIMA. Admiratio ingens ac simul ter-
ror quidam me occupauit, quod audierim,
cæleste illud Sacramentum à IESU Chri-
sto, salutis nostræ causa institutum, aliqui-
bus mortis & ruinæ causam esse.

Ho. Imo & Christus à DEO Patre in
terram missus est nostræ salutis gratia, &
tamen Simeon de illo ad Virginem Ma-
trem ait. *Ecce positus est hic in ruinam, & in re-
surrectionem multorum in Israël.* Si ergo DEI
Filius alijs ruinæ & damnationis, alijs vero
resurrectionis ad vitam causa fuit, quid mi-
raris pretiosum hoc Sacramentum, in quo
idem DEI Filius continetur, esse vitam
bonis & mortem malis? AN. Quin & hoc,
quod modò attulisti, stupore ac metu me
complet.

complet. Ho: Non est id stupendum neque
 formidandum: Si Sacramentum hoc ex
 natura sua mortem adferret, aliquam rati-
 onem haberes, ab eo velut à cælesti sagitta,
 aut venenato serpente tibi metuendi. Sed
 Sacramento huic proprium est, vitam non
 mortem conferre. Mors ei, qui illud asper-
 natur, aut indignè suscipit, in peccati pænā
 infligitur. AN. Hanc ob causam ego me-
 lius esse iudico, quam longissimè ab illo
 recedere, atque rarò illud sumere, sic enim
 evitabitur periculū mortis. Ho M o. Quasi
 verò, is qui etiam rarò, sed indignè illud
 suscipit, mortis periculum non incurrat:
 Non in eo rei pondus consistit, sed in no-
 stra preparatione, quæ si bona fuerit, Sa-
 cramentum hoc vitam nobis adfert; si
 mala, mortem; etiam si millenis annis se-
 mel tantum sumatur. AN. Attamen si Sa-
 cramentum hoc non esset, non foret nobis
 metuendum hoc periculum Ho M o. Ani-
 ma mea necdum huiusce assertionis veri-
 tatem capis. Dic mihi, vtrum melius est, vt
 Sol in hoc mundo sit, an vt absit? AN. Me-
 lius vtiq; est vt in mundo sit: Ho M. Cur
 istud? AN. Quia illuminando & calefaci-
 endo viuificat omnia quæ sub cælo sunt
 sin abesset, malè nobiscum ageretur. Ho M.
 Sed Sol nonnunquam imbecilles oculos

habentes excæcat: quibusdam etiam causa mortis est, quemadmodum Manassi fuit, de quo sacræ literæ sic aiunt: *Venit æstus super caput eius, & mortuus est.* Dic mihi, bone est ex hoc mundo solem tolli, quia nonnullis incommodat? Non vtrique: quia id non ex defectu Solis, sed hominum mala dispositione accidit; idem planè sentiendū est de venerabili Sacramento. AN 1. Ita est, nullum apud me amplius dubium residet: sed instrui velim, in quibus potissimū consistat hæc dispositio, ut Sacramentum hoc mihi sit ad vitam, non ad mortem. HO. Ut honores illud tota affectione, adores vera cum fide, sumas profunda cum humilitate. Ut corde sis casto, & pura conscientia, nullis peccati sordibus contaminata.

ORATIO.

Misericordissime DEVS, qui imbecillitatem & insufficientiam meam, ad Sacrosanctum corpus tuum suscipiendum perspectam habes: te obsecro per illū amorem, qui te pretiosum hoc donum nobis impertiri coëgit, ut gratia tua mihi prasidio sis, ne incurram in mortem, quam
qui

qui sacramentum hoc indignè suscipit
aut tractat, promeretur. Amen.

MIRACVLA.

S. Ambrosius, in oratione funebri, quam in
Sexequiis fratris sui Satyri habuit, refert, Sa-
tyrum in naufragio constitutum, cum ea
qua vehebatur naus, scopuloso illisa ra-
do, vrgentibus hinc atq; inde fluctibus sol-
ueretur, sacrosanctū Christi corpus, ab his
quos initiatos esse cognouerat, poposcisse,
& posteaquam illud orario illigatum collo
appendisset, in mare se deiecisse, hoc vno
presidio satis tutum se fore sperans. Nec
deseruit eum spes, neq; fefellit opinio: nam
piurimis in eo naufragio submersis, ille
Sacramenti huius virtute seruatus est. Sub-
iungit idem S. Ambrosius. *Qui tantum myste-
rii celestis inuoluti in orario presidium fuerat ex-
pertus, quantum arbitrabatur si ore sumeret, &
toto pectoris hauriret arcano: Quam maius puta-
bat solum in viscera, quod tantum sibi, relictum in
orario profuisset: Habet idem miraculum Su-
rius 18. Sept.*

Cum Sacerdos quidā equitans per syluā
iter ageret, secumq; sacrosanctam Eucha-
ristiam, infirmo viaticum præbiturus defer-
ret, Latrones quidam de auferendo illi

equo consilia tractabant: cum que nonnulli parcendum illi esse affirmarent, ne iniuria Venerabili Sacramento fieret: vnus ceteris audacior, tale consilium suggestit: Ego inquit, me ad mortem infirmari fingam, atque sacrosanctum Christi corpus pro viatico mihi præberi, flagitabo: mox autem vt ille ex equo descenderit, vos eum rapite & aufugite. Nec mora: rogatur Sacerdos à latronibus, vt infirmo socio sacrâ Communionem velit porrigere. Sacerdos, cum id sine scelere detrectare non posset, descendit atque interrogat Latronem, an de peccatis suis contritus, atque illa Sacerdoti ritu Catholico confessus esset: Respondit ille: iam id factum esse. Cumque Sacerdos ad porrigendam illi sacrâ Hostiam se præpararet, Latro tremens, concidit mortuus, vultu atque toto corpore, in terribilium colorem immutato. Latrones infelicem exitum socij sui, miraculumque quod acciderat conspicati, à vitæ suæ prauitate conuersi fuerunt, atque Deo in religione monastica se consecrantes, pro sceleribus suis pœnitentiam egerunt.

DOCUMENTVM.

Intuere fili, quomodo sanctissimum hoc
Sacramentum pios & probos adiuuet:
peruersos autem & improbos, castiget.
Cauere igitur ne vnquam cum conscientia,
peccati mortalis, aut peruersa intentionis
labe contaminata, illud suscipias: qui e-
nim ita illud sumit, iudicium sibi man-
ducat & bibit, non dijudicans corpus
Domini.

Orabis pro omnibus singularem ad hoc
Sacramentum deuotionem atque affecti-
onem gerentibus, & pie id frequentanti-
bus: vt DEVS illis talem gustum at-
que dispositionem tribuat, vt
illud ad animarum suarum
salutem perci-
pian.

F S EXER-

EXERCITIUM XX.

*De amore ac reuerentia Angelorum
erga sanctissimum hoc Sa-
cramentum.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane
in augustissimo hoc Sacramento
Cælorum Regem reuerà præsentem esse,
ideoque indubitanter credendum esse, mil-
tos ex beatissimis spiritibus in cælis ei ad-
stantibus, illum circumdare, tanquam ser-
uos & aulicos cælestes.

2. **C**ONSIDERA hosce beatissimos
spiritus, quoniam infinitam Regis & Do-
mini sui bonitatem clarè cognoscunt, illi
etiam summe diligere: & quia amor illo-
rum in alios haudquaquam diuilius est
eundem amorem suum totum, in IESU
amabilissimo Domino suo collocare.

3. **E**XPENDE tecum eosdem Ange-
licos spiritus, quia huius Regis sui maiesta-
tem & excellentiam perfecte norunt, illum
etiam super omnia honorare ac reuereri.
Et quamuis eum uti dignum erat, infinito
honore prosequi atque ornare non vale-
ant, attamen quod proximum est, nimi-

rum totis viribus suis eum honorant.

4. **C O N S I D E R A** Angelos in seruiendo Creatori & Domino suo esse diligentissimos : quia cum seruiant illi ex solo amore , & omne illius obsequium perefficerere parati sint , magni beneficij loco habent quod ei seruiant, & aliquid eis faciendum imperetur.

5. **R E V O L V E** tecum, Angelos vehementer cupere , Diuinum hoc Sacramentum à nobis super alia omnia honorari, coli, & æstimari. Ac proinde detestantur illos, qui sacrosancta hæc mysteria nihili pendunt : & è contrario amore singulari complectuntur eos, qui ea & piè colunt & venerantur.

COLLOQVIUM.

Domine non possum non impensè gaudere, quod Sancti Angeli te diligant, tibi que seruiant & obsequantur. Vehementer autem doleo, quod à beatissimis illis spiritibus in hoc obsequij genere nos superari patiamur, cum non paulò obligatiores tibi simus, quam illi. Si enim tu, quando in terram venisti, Angelicam naturam assumpsisses, atque Angelus factus fuisses, possemus forsitan tolerare nos ab Angelis

in tui amore tuisque obsequijs Vinci : sed
cum humanam naturam tibi copulaueris,
& homo factus sis, ideoque nos, utpote in
quos hoc beneficium collatum, & ad quos
eiusdem beneficij commoda pertinent, ti-
bi obstrictiores quam Angeli simus, qui
non videat, nos etiam Angelis si fieri pos-
set, in tuis obsequijs & amore superiores
esse debere? Nostra igitur confusio & vitium
nostrum est, quod tibi saltem totis vi-
ribus non seruiamus, teque diligamus. Est
nihilominus in natura humana purissima
virgo & Mater tua, cui in tui amore, etiam
Angeli atque Archangeli cedunt: ipsa enim
est, quæ sola plus quam Cherubini & Sera-
phini te dilexit. Quamuis autem hæc ita se
habeant, nihilominus Anima mea gratias
SS. Angelis reddendæ sunt, quod exemplo
suo nos ad honorem huic augustissimo
Sacramento deferendum nos excitent: si-
mulque gaudendum, quod Christus Do-
minus noster, etiam sub specie panis ho-
noretur & colatur ab Angelicis spiritibus.
O S. Patriarcha Iacob, dic obsecro, quid in
illa visione tua, quando Angelos ascende-
tes & descendentes contemplatus es, non
examulsum huic Sacramento conuenit?
Primo vidisti scalam consistentem in ter-
ris, fastigium verò ad cælos usque porrigē-
tem.

tem: & hoc Sacramentum est scala in ter-
 ris constituta, tam sublimis & commoda,
 vt per ipsam caelos scandere valeamus. Illi-
 us scalae summitati, DEVS innitebatur:
 sed in hoc Sacramento, DEVS ipse praes-
 ens est, quem oculis fidei contemplamur.
 Per illam scalam ascendebant & descende-
 bant Angeli: & per Sacramentum hoc, de-
 scendunt in nos dona caelestia, quae defe-
 runtur ab Angelis, & ascēdunt ad DEVM
 nostra sancta desideria & orationes. Reli-
 quum igitur est, vt cum eodem Patriarcha
 dicamus: *Verè Dominus est in loco isto.* OSS.
 Angeli, Dominus quem in stabulo iacen-
 tem conspexistis & adorastis, ille ipse in
 hoc Sacramento continetur: AEquum igitur
 est, vt idem canticum quod tum ceci-
 nistis, ei decantetis: dicatisque, *Gloria in altis-
 simo DEO, & in terra pax hominibus bonae vo-
 luntatis.*

ORATIO:

Te obsecro amorosissime Domine, per
 immensam misericordiam tuam, vt
 ita cor meum frigidum inflammes ad tuum
 amorem atque preciosi huius Sacramenti
 cultum & venerationem, vt in eo nec An-
 gelis neque Seraphinis cedam, sed Ange-
 lorum

lorum Regiam, qua omnes creaturas in amore superavit, imitatione exprimere contendam. Amen.

MIRACVLA.

S. Ioannes Chrysoſto. in 6. lib. de Sacerdotio refert, ſuo tempore Senem quendam venerabilem & pium conſpexiſſe magnam Angelorum multitudinem, ingenti cum ſplendore ſanctiſſimum hoc Sacramentum circumſtantem: qui omnes genua curvabant, inſtar militum Imperatorem præſentem aut tranſeuntem, venerantium.

Banon Gandauenſis cænobij Clericus, magna viæ ſanctitate præditus, cum ægrotaret, mortique iam proximus, ſine tam ſalutari viatico decedere nolle, miſit quendam qui præbyterum pro adminiſtrando ſibi ſanctiſſimo hoc Sacramento, aduocaret. Sed is qui miſſus fuerat, viæ ignarus, cum quid ſibi agendum foret, non ſatis explicaret, ecce Angelus Domini ducem ſe illi ac ſocium itineris præbuit, eumque ad Præbyteri ædes duxit, & cum eodem (ſacroſancto Chriſti corpori hunc honorem deferens) ad infirmum reuertit; cui etiam uſque ad animæ à corpore ſeparationem aſſiſtit, eamque ad æternam beatitudinem deculit.

DE SAC. EVCHARISTIAE. 135

detulit. Marc. Marulus *lib. 4. de sacros. Communione.*

In vitis Patrum legimus Abbatem Piamonem, cum expleto sacrosancto Missæ sacrificio, ad communicandos Monachos præsentem se conuerteret, vidisse Angelum in libro nonnullos ex Monachis cæteris diligentiores, & sanctitate superiores describentem: Quod cum vehementer admiraretur, illos qui in eo descripti non erant, in peccato mortali viuere intellexit. Quos ipse tam acerbo & diutino fletu deplorauit, vt DEVS misericordia motus, illos ad agenda pro sceleribus suis penitentiam illuminauerit: qui postea cum sacram Cõmunionem perciperent, etiam ab Angelo, eodem in libro descripti fuerunt.

Isidorus ex familia S. Dominici memoria prodidit, Angelum quendam S. Veronicæ reuelasse, in solennitate Corporis Christi, in Cælis admirabilem & obliuiscendam ab Angelis festiuitatem celebrari.

DOCUMENTVM.

Fili, si Angeli tantoperè sanctissimum hoc Sacramentum venerantur, vt omnem cultum ac reuerentiam, quam possunt ei deferant: quid te facere deet, cui pretiosum hoc donum specialiter collatum fuit.

fuit: quiq; ab eodem, (nisi penes te vitium sit) maxima & anima & corpori comoda haurire potes?

Orabis pro illis qui Sacramentum hoc non ita, vt par est, venerantur: vt à Deo illuminentur, & in eo, illum, qui vitam & mortem dare potest, verè contineri agnoscant.

EXERCITIVM XXI.

De ingenti odio quo Dæmones Sacramentum hoc prosequuntur.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane, quam ingenti odio Dæmon in Venerabile hoc Sacramentum incensus sit: quod inde nascitur, quia in eo IESVM iuratum hostem suum, quem incessanter persequitur, quemque in Ecclesia imperare pati non potest, verè contineri nouit.

2. **C**ONSIDERA Dæmonem tam molestè ferre Sacramentum hoc à fidelibus venerari, coli, & adorari, vt etiam si mori posset, præ ira & rabie animam exhalaret: ideoque omnem lapidem mouere, vsq; ad ultimum cultum.

cultum, honorem, & apparatus, qui huic Sacramento à Christianis exhibetur, impediatur aut perturbetur.

3. EXPENDE tecum, Dæmonem vehementer odisse omnes qui sacramentum Communionem pie frequentant, intelligens nimirum, animas eorum caelesti hoc cibo ita roborari, ut parum aut nihil in illis artes atque molitiones suæ proficiant: ideoque spernit, illos in partem suam trahendi, deponit.

4. CONSIDERA Dæmonem iam inde à principio, totis viribus & armis suis contendisse, ut Sacramentum hoc ex Ecclesia tolleretur: quia nimirum perspicit, ab illo tanquam à perenni omnium bonorum fonte, omnes gratias & dona caelestia emanare: ac proinde in inferno singulari cum gaudio dies illa celebratur, quando ciuitas aut prouincia aliqua huic Sacramento renunciat.

5. REVOLVE tecum, Dæmonem quando prorsus tollere non potest sacrosanctam Eucharistiam, ut honorem & deuotionem S. Ecclesiae erga diuinum hoc Sacramentum quoquo modo impediatur, fideles in eiusdem Sacramenti fide tentare: sperans nimirum se hac ratione Christianos in amore ac reuerentia Sacramenti huius in-

frigi-

frigidaturum, effecturumque, ut deuotionem erga illud amittant, in mortali peccato communicent, ac demum, instar cætorum hæreticorum, illud contemnant & inhonorent.

COLLOQVIVM IN FORMA
Dialogi.

HOMO ET ANIMA.

HOM. Num consideras Anima quot artibus & molitionibus, versipellis hostis venerabilis Sacramenti fidem in cordibus nostris expugnare atque subuertere nitatur? AN. Imo verò sæpè id mecum tracto. HOM. Tot dæmonum tentamenta, non aliquem tibi scrupulum, siue dubietatem iniicient? AN. Haudquaquam, sed in huius Sacramenti veritate multò etiã amplius me confirmant. HOM. Quomodo istud? AN. Quia si credere in hoc Sacramento Christum reuerà contineri, falsum foret: Dæmon nihil contra nos moliretur, sed (uti perditionis nostræ cupidissimus est,) in hoc errore versari atq; consensescere nos permetteret: Iã vero quia totis viribus laborat, ut huius Sacramenti fidem in nobis labefactet, certũ id mihi prabet argumentũ, nihil hac fide verius esse, adeoq; quo tentationes

tationes quibus me aggreditur, maiores & frequentiores sunt, eò magis in eadem fide confirmor. H O M. Impense mihi hæc verba tua placēt: nihilominus tibi metipſi vide vt inuigiles, nec nimiti de tuis viribus confidas, quia Dæbolus, *tanquam leo rugiens, circumit quærens quem deuoret.* A N. Quærit, quia ſicuti certum eſt, canem ligatum neminem niſi qui proprius acceſſerit, mordere poſſe: ita nec ille quenquam deuorare poſteſt, niſi eum, qui ſe ſponte ipſi deuorandum offert: quia enim Dominus qui nos tutatur fideliffimus eſt, non *patiatur nos tentari ſupra id quod poſſumus*: ſed gratiam etiam dabit, vt faciamus *cum temptatione prouentum*. Verum enim uerò quia ſemel in hoc colloquium incidimus, uelim à te noſſe cauſam, cur Dæmon in nobis tentandis tam ſolicitus exiſtat: Quæ utilitas illi prouenit ex eo quod in anima fidem labefactare, eamque ſecum ad æterna gehennæ ſupplicia trahere nitatur, cum ipſe nihilominus ab iſſdem que ante patiebatur tormentis, eximã nequeat.

H O M. Magnas vires habent effrænatae & inordinatae paſſiones; ira & odij maxime. Sunt enim nonnulli, qui vt eis in quos odio incenſi ſunt, noceant, ſemetipſos in extrema ſalutis discrimina obijcere

non refugiunt. Quinetiam extitit aliquis, qui oculum sibi erui passus est, ut alter inimico suo erueretur. Quod autem in hominibus cæcæ passiones efficiunt, hoc in Dæmone facit obstinatio & peruersa voluntas. Noueris igitur, dæmones tam ægè ferre, à nobis sedes illas, è quibus ipsi exurbati fuerunt in cœlis occupari, ut si mori possent, præ indignatione ac rabie creparent. Deinde (quod eos magis adhuc cruciat) quando quidem Christum capitali odio insectantur, ideo tentant homines, ut eos ab illius fide abducant, atque in hæresim prolapsos, hostes Christi constituât, sicque novos milites, qui contra Christum pugnent, nanciscantur. *A. N.* Sic se res habet, sed velim scire, cur odio maiori Sacramentum hoc, quam cætera prosequantur. *H. O. M.* Holophernes ut Betuliam sibi subijceret, fontem qui influebat in urbem, è quo tota ciuitas aquam accipere consueverat, incidi atque auferri iussit, ita & Diabolus, à cordibus fidelium Sacramentum hoc, è quo velut è fonte, omnes gratiæ ac dona cælestia in Ecclesiam dimanant, auferre toto conamine laborat. Addè, quod cum in hoc Sacramento memoria fiat Dominicæ Passionis, in qua superatus & profligatus fuit, propter verecundiam & confusionem.

tionem suam, æquis oculis illud intueri nequit.

ORATIO.

Dulcissime Domine IESV Christe, per victoriam quam à Demone, quando in deserto te inedia exhaustum tentare ausus fuit, retulisti, te obsecro, largire mihi gratiam, omnibus diabolicis suggestionibus fortiter resistendi: ut prius mori, quàm vaferrimo huic hosti consentire eligam.

MIRACVLA.

Quia Dæmon odium suum, quo in potentissimum hoc Sacramentum incensus est, exatiare nequit: saltem quoad potest, sceleratorum hominum opera illud exatiat, dum eos vel ad Sacramenti huius inhonationem, aut indignam, quamvis non sine diuina vindicta, sumptionem inducit. Refert *Discip. serm. 46.* Hominem quendam sceleratum, nec verè de sceleribus suis contritum, neque propositum ab iisdem se abstinendi habentem, à Confessario, ne ad sacram Communionem pergeret, prohibitum fuisse. Sed ille verecundia ductus, instigante Diabolo, ad sacram

Synaxia

Synaxin nihilominus se ingessit Confessarius eum ultra nihil posset, sacrosanctum Christi corpus, his verbis ei porrexit, dicēs: *DEVS indicit inter me, & te. O rem stupendā. E vestigio homo ille corruit mortuus, & disrupta gula, consecratam Hostiam, uti deglutiuerat, integram reddidit.*

Jacob. de Vorag. in lib. *de corpore Christi*, scribit: sceminam quandam sacrosanctam Hostiam asseruisse, ut ea ad malas artes suas abuteretur: sed *DEVS* ita in eam animaduertit, ut *Dæmones* nullam ei opem ferre quiuerint. Lingua enim illius sic intumuit, ut non prius loqui potuerit, quam de peruersa intentione sua poenitisset.

Quidam eum coram Iudice peierasset, impulsus à *Dæmone*, sine præuia confessione ad sacram Communionem accessit, sed mox à *DEO* horrendum in modum punitus est. serpens enim terribilis guttur eius inuasit & occupauit, qui posteaquam ingens sacrilegium ab eo commissum manifestasset, subiunxit etiam: illum esse correctonum & admonitionum bonarum contemptorem, atque verbi *DEI* irrisorē. Quibus dictis hominem suffocauit, qui confessum adeo teter atque grauelens effectus est, ut horrendum cuactis monstrum esse videretur.

DE SAC. EUCHARISTIAE. 143

In summa Prædic. de Eucharist. num. 36. literis proditum est. Inter duas fœminas quarum vna multarum erat diuitiarum, altera tenuis admodum cõditionis, pernitiosum exortum fuisse iurgium. Diuiti fœminæ, quia pacem cum altera se inituram pernegabat, sacra Communio denegata fuit. Quam repulsam passâ, pudore impellente redijt, seque vt ad sacram Communionem admitteretur, cum illa in gratiam rediturû, sed simulatè spondit. Ad sacram igitur Communionem admissa fuit, qua percepta, posteaquam ex Ecclesia discessisset, altera mulier egena ipsam subsecuta est, vt de concordia inita ei gratias ageret. sed opulenta illa fœmina, animum suum quem hactenus dissimulauerat, patefaciens, respondit: Putasne me pacem tecum inire velle? malim patibulo appendi, aut laqueo strangulari. Vix verba effata fuerat, cum extemplo exanimis in terram collapsa, atque in teterrimum colorem versa est: prodeunte mox è gutture disrupto, sacrosancta quam sumpserat, Eucharistia, quæ in aère miraculosè tam diu immobilis pepedit, quousque sacerdos veniens reuerenter eam super patena deposuit. Mulier indigna iudicata est, quæ in loco sacro sepeliretur.

DOCV-

DOCUMENTVM.

CAue fili, ne sis instrumentum Diaboli,
 aduersus tremendum hoc Sacramē-
 tum, quia potes quidem homines, & etiā
 Confessarios circumuenire, ac decipere,
 DEVM verò minimè: quare si Sacramen-
 tum hoc inhonoras, quando minimè puta-
 bis, diuinam senties vltionem, & perinde
 vt hi, alijq, qui sacrosancta hæc mysteria
 indignè tractauerunt, & sumpserunt, pu-
 nieris.

Orabis pro hæresum extirpatione, vt

DEVS hæreticos lumine san-
 ctæ fidei, sine quo salutem
 consequi nequeunt,
 illustrare dig-
 netur.

EXER.

EXERCITIVM XXII.

*De virtute huius Sacramenti contra
Dæmones, eorumq; artes &
molitiones.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane,
IESVM Christum sæpenumero
solo imperio Dæmones ex humanis cor-
poribus profligasse: allosque sine vlla relu-
tatione imperanti paruisse. Cùm autem
in hoc Sacramento idem Christus reuera
contineatur, sequitur eandem quoque in
ipso virtutem contra Dæmones contine-
ri.

2. **C**ONSIDERA, neque dæmones,
neque veneficia, quicquam posse contra
illos, qui diuino hoc Sacramento se muni-
unt & armant. Ac proinde S. Macarius ad
mulierem illam, quæ arte Diabolica equa
esse videbatur, dixit: non alia ex causa id ei
accidisse, quam quod quinque integris
hebdomadibus à sacra Communione se
abstinuisset.

3. **R**EVOLVE tecum, virtute huius
Sacramenti, quamplurimos dæmoniacos
miraculosè liberatos fuisse: eosdemque dæ-
mones

G

mones confessos, in presentia sacrosanctae Eucharistiae, nihil se attentare posse, eo quod vires illorum tunc permodice sint.

4. **CONSIDERA** Dæmones optime Sacramenti huius excellentem virtutem perspectam habere, ideoque nihil directè contra hoc Sacramentum moliri, posse, sed alios sceleratos homines ad illud innotandum inducere.

5. **EXPENDE** tecum Sacrum Concilium Tridentinum augustissimi huius Sacramenti virtutem ac potentiam, contra Dæmones, & eorum astus, atque molitiones exploratam habens, exhortari omnes, qui matrimonium ineuntes, ut pie communicent, quod ad arcenda atque tollenda veneficia, quæ tum maxime fieri solent, plurimum iuvat, efficitque, ut in tale inualida sint.

COLLOQUIUM.

Ivre merito que la s. y. **Christe, Deus** Pater iussit, ut tibi omne genu flectatur, celestium terrestrium, & infernorum: quia potestatem habes non tantum in celo, & in terra, sed etiam in inferno. O tartareæ potestates, fremite quantum libet, quia in hoc Sacramento Dominum vestrum habemus.

DE SAC. EVCHARISTIAE. 147

cui etiam inuiti parere cogimini. Scenite
quantum placet, quia certus sum, vestram
immanitatem nihil in nos posse, nisi qua
tum Dominus ille qui in sacra Hostia pra
iens est, imperat aut permittit. Noui, quid
DE v s Sathanae, facultatem s. Iob affligē
di postulanti responderit. Ecce, inquit, in ma
nu tua est, verumtamen animam illius serua. Vbi
ei affligendi tantum, non necandi potestas
permittitur, alioqui propter odium quo in
magnum illum DEI seruum incensus e
rat, milles eum occidisset. Gloriare Ani
ma mea, quod tuas partes tueatur, tantae
potentiae Dominus, cuius virtus regnat in
caelis, imperat in terris, & infernum solo
nutu tremere facit. O stupendam potentiam.
O virtutem supra omnem virtutem. Quis
credidisset eum, qui facinorosi hominis
instar, medius inter duos latrones crucifi
xus fuerat, ad inferos postea descendente,
portas eius subruisse, captiuos e retro car
cere vindicasse, atque infernaliam illa mon
stra ita attriuisse ac profligasse, vt dicerent:
Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis & potens.
Et teneatis Anima mea, quod Principi
bus tenebrarum adeo terribilis & meruen
dus sit, quia noster defensor est, aduersus
eorum astus, & machinationes. Anima
mea magnam habes occasionem glorian
di,

di, quod potentissimus hic Dominus, qui
 Dæmonibus adeo formidabilis est, tibi
 mitis & benignus sit, ut de illo sacrae litteræ
 testificentur: *Ecce Rex tuus venit tibi man-*
tus. Nonne singulare beneficium est, quo
 tantæ potentie Dominus, tantam erga
 benignitatem atque dilectionem, erga
 mones verò inimicos tuos, tantam terro-
 rem ostendat: Esto igitur securus, quod qua-
 diu propitium habueris venerabile
 Sacramentum, nemo tibi molestiam ex-
 biturus sit: Et si maligni spiritus, ut
 importunissimi, aliquando te infestauerint,
 habes ad quem confugas.

ORATIO.

Benignissime IESU, te precor, ut
 tua præuenias animam meam, ut
 non videns illam a te possideri, ab ea
 at, atque illam infestare non audeat.
 permittas. Domine, ut in illam peccator
 aliquod ingrediatur, ut commorante
 Spiritu sancto, ab hostibus suis securus
 Amen.

MIRACVLA.

Aquileis, quodam die à Dæmonibus
tam horrenda tempesta excitata fu-
it, ut mundi finis adesse crederetur. Occu-
pauerat aërem tanta caligo & obscuritas,
& scurientia fulgura, ventorum fremitus,
terre collisiones, alijque strepitus incon-
dita hominum animos exterruerant, ut
sui duntaxat saluandi causa, latebras quæ-
rerent, atque in cauernis sese occultarent.
Quod presbyter quidam singulari pietate
ac religione vir, nomine Florentius, con-
spiciens, ad Ecclesiam perrexit, sacrosan-
ctum Christi corpus arripuit, & illi potissi-
mum aëris parti, vnde tempesta hæc pro-
cedere videbatur, opponens, alta voce ait.
Subsistite Dæmones hic est enim Dominus vester &
totius vniuersi Creator in illius nomine ac virtute
vobis precipio, ut à vestris conatibus, quos in homi-
num perniciem molimini, desistatis. O rem mira-
bilem: E vestigio sedata fuit tempesta, &
Dæmones presbyterum, qui sacrosanctam
Eucharistiam attulerat, multis maledictis
atque conuijs onerantes, cum ingenti cõ-
fusione disparuerunt. Disc. in promp. Exemp.
1. exemp. sub tit. 1. Gregor. Turonens.

Cæsarius in historia sua refert, Hæreticū
quendam de veneficijs conuictum, mortis
G 3 senten-

sententia accepta, ridentem ad supplicii locum perrexisse, & igni, in quem iijcendus erat, proximum, Dæmonem inuocasse, malisque artibus suis ignem valide succensum extinxisse: quam ob causam multò effusiorè risum solutus est. Episcopus hac de re certior redditus, sacrosandè Christi corpus secum detulit, ignemque de nouo succendi mandauit: cum Hæreticus Dæmonis, vt ante fecerat, auxillum implerasset. Respondit Dæmon: se vltra ei operari non valere: eo quod alius se vltimò longè superior, adesset.

DOCUMENTVM.

Elli, si dei ipsi non vis, noli in Dæmone proponere: quia cum DEVS illo super sit, ea quæ tu cupis, aut ille pollicetur, stare nequit. Sed fiduciam tuam totam Christo colloca: cuius potestàs Crux nemine potest impediri.

Orabis pro omnibus Christianis in aedificiis, aut a Dæmone possessis, vt huius sacramenti virtute liberentur.

EXERCITIUM XXIII.

Sacramentum hoc excitare, & inflammare mentem sumentis ad res spirituales.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Anima mea, sacramentum hoc, quia spiritualis & diuinus cibus est, generare in nobis alimentum spiritus & salutis: quia ut plurimum, qualis est cibus, tale etiam solet esse nutrimentum.

2. **C**ONSIDERA, quoniam Christus sacramentum, hoc amore impulsus nobis requirit, fieri non posse, quin etiam illud in nobis magnas amoris diuini flammis in tantum benefactorem excitet atque succendam: alioqui nimium detestanda foret in grauidis & tepiditas nostra.

3. **E**XPENDERE cum, sacramentum hoc inflammare, & inducere nos maxime ad diuinorum mandatorum obseruationem: quia illi proprium nos DEO vnire, hoc autem nihil aliud est, quam nos ad omnia, quae DEVS vult & iubet, perficienda excitare.

4. **C**ONSIDERA, sacramentum hoc,

hoc, quia aeternae gloriae pignus est, accendere desideria nostra ad illius gloriae cupiditatem, & nobis stimulos addere, ad proficiscendum per virtutum semitam, ad caelestem patriam, nosque simul, veluti cibum ad iter hoc maiori cum facilitate peragendum singulariter institutum, corroborare.

¶ **REVOLVE** tecum, manifestum esse, omnes qui sacram Communionem pie frequentant, caeteris ferventiores, zelosiores, atque virtutum studijs adductiores esse; quod alteri causa attribui nequit, quia gratia, quam Sacramentum hoc animabus eorum infundit.

COLLOQUIUM.

Certò mihi constat, amabilissime **DEVS**, nec hominem in terra, nec Angelum in caelis reperiri, qui tibi in potentia aequiparari valeat. Anima mea, si hominis virtutibus conspicui, in fragili hac vita, bono exemplo suo ad virtutum amorem nos inflammat; Si Angeli sanctis inspirationibus suis in vita spirituali nos promoveant; quid putas, faciet augustissimum hoc Sacramentum, in quo ipse Angelorum Dominus reverè praesens est? Recordate Domine, de te scriptum esse. **DEVS** noster

*ignis consumens est. Memento etiam te de te-
met ipso dixisse: Ignem veni mittere in terram,
& quid volo, nisi ut ardeat?*

Redemptor mi, si cœlestem hunc ignem
in me ardere cupis, consume prius humi-
ditatem terrenarum affectionum, in me
dominantium; aufer a corde meo frigus
hoc negligentiae, quod me immobilem &
quasi gelu quodam constrictum tenet. O
Seraphice pater s. Franciscæ, non dubito
quod amor, quo pauperem Christum com-
pletebaris, te ad diuitiarum terrenarum
contemptum inflammauerit: quod vnio,
quæ Deo semper coniunctus eras, ad rerū
cœlestium amorem cor tuum succenderit:
quod denique affectio, siue spes tua, quam
totam in æterna vita collocaueras, in acti-
onibus tuis feruentissimum te reddiderit.
Ecce Anima mea, hic habes modum, & vi-
am, qua inflammaberis in spiritu: opus est, vt
Sacramenti huius ingenti amore flagres: opus
est, vt te coniungas & vnias: quia nisi
quis ad ignem accedat, calefieri; & nisi quis
igni iungatur, inflammari nequit. Ingrede-
re Anima sanctum hunc ignem, & securā te
reddo, quod nihil tibi nocumēti allaturus
sit. Ingredere, non enim est ignis Babylo-
nicus, qui Chaldeos ministros regis for-
nacem succedentes combussit: Sed est

ignis diuinus, qui inflammando consolatur, & consolando inflamat: Est ignis, qui nos in altum subleuat, & in cineres non conuertit. O benigne IESU, agnosco celestis huius ignis virtutem, atque igne illud cor meum vti cuperem: sed caro hæc sese interponit, & non modo flammam vsque ad cor peruenire non patitur, sed etiam primo statim ingressu eam extinguit. Tutum est Domine medelam mihi adhibere. Ego aliud nihil possum, quam vociferari cum Propheta. *Vere renes meos, & cor meum Domine: Ut tibi casto corpore seruam. Et in unum do corde placeam. Noui Sernator mi, cum quibus celestis hic ignis non inflammaret. Per æternis gehennæ flammis semper asuram. ac proinde oro Domine: Hic me, hinc feci, in æternum parcas. Vere, inquam, cor meum feci carnem meam, ut in altera vita edim delectis cantare valeam. Cor meum & carum exultauerunt in DEVM.*

ORATIO.

A Mabilissime IESU, per viscera charitatis tue, obsecro, inflamma frigidum cor meum, igne Spiritus sancti, qui non modo securum ab gehennæ incendio

me

me reddat, verum etiam in rebus spiritu-
alibus diligentem: maxime in colendo
ac suscipiendo sacrosancto corporis & san-
guinis tui Sacramento. Amen.

MIRACVLVM.

Exemplum quod nunc commemora-
bo ipse oculis meis conspexi.

Roma anno 1563. in Xenodochio S. Io-
annis Lateranensis, adolescens quidam
Turca annorum viginti, qui Ancona, vbi
aliquamdiu cum Patre mercatore Turca
vixerat, huc perfugerat, & cum aliud perfu-
gium non haberet, nobili cuidam seruire
cepit, quo cum adibat templa, intererat
Sacro, & quia Italicam linguam callebat, ab
omnibus reputabatur Christianus. Post ali-
quot menses tandem agrotare cepit, mit-
titur à Domino ad Hospitale, recipitur cum
conditione, vt secundum Hospitalis leges,
paret se ad Confessionem & Cōmunionē.
Adolescens, ne reijceretur, conditionem
acceptat, non patefaciens se esse religione
Mahumetanum. Res mira. Simulatque cor-
pus Domini sumpsit, maxima contentio-
ne animi postulauit baptismum, palam
affirmando se esse Turcam. Præfetti Xeno-
dochij

dochij existimantes eum alienatum à mēte, vocarunt me, (qui eram tunc comes Paris cuiusdam, qui festis diebus in Xenodochio concionabatur,) vt redderem eum quietum. Adolescens repetiuit quod dixerat, meque obsecrauit, vt porrigerem sibi baptismum: se enim tantum ardorem interiorius sentire, vt diutius quiescere non possit. Sacellanus re diligenter examinata, videns eum circumcisum, sacro Baptismo hominem lustrauit, & mox tranquillior redditus est; ac postero die, spiritum Domino reddidit.

DOCUMENTVM.

Fili da operam, vt semper ad gloriosum hoc Sacramentum pie affectus sis: id enim tam stupendum & salutiferum in Mahumetano effectum produxit: quid in anima pia & Christiana faciet? Enitere etiam, vt inspirationes sanctas, quæ post Sacramenti huius sumptionem tibi suggeruntur, in opus conferas, Turca huius exemplo, qui cum ei ab hoc sanctissimo Sacramento inspiratum esset, vt baptizaretur, statim baptismum postulauit.

Orabis pro omnibus, qui negligentes ac tepidi sunt in cultu atq; amore sanctissimi huius Sacramenti, vt DEVS illis opitulari, & cordaque illorum ad Sacramenti huius amorem inflammare velit.

EXERCITIUM XXIV.

Panem Heliae, Sacramenti huius figuram extitisse. 3. Reg.

Cap. 19.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane, S. Heliam Prophetam, cum ab impia & crudeli Iezabele ad mortem quaeretur, in desertum profugisse: ibique cum subter Iuniperum quandam se sessus coniecisset, a DEO postulasse, vt per mortem ab his angustijs & aerumnis se liberaret.

2. **C**ONSIDERA DEVM, quo seruum suum Heliam cōsolaretur, Angelum amandasse, qui ei panem submeritium & vas aquae deferret, hortareturque vt comederet, eò quod ei grandis adhuc via peragranda foret.

3. **E**XPENDE tecum, Heliam Prophetam ex panis huius esu, ita se roborari sensisse, vt Sacra scriptura testante, in virtu-

te cibi illius, quadraginta diebus ac totidem noctibus, continuo vsque ad montem DEI Oreb ambulauerit, vbi Dominum vidit.

4. **CONSIDERA** haec omnia figuram huius Sacramenti continere, atque significare caelestem hunc panem a Christo idcirco institutum & nobis collatum esse, vt in tribulationibus aerum nostri huius exilij nos roboraret, atque vires ad perambulandam caelestis patriae semitam, nobis suppeditaret.

5. **REVOLVE** tecum: illum qui dignè vescitur sacro hoc pane, non modo ab omnibus inimicorum astibus ac deceptionibus liberari, sed etiam in virtute illius, per hanc peregrinationem inoffenso pede ambulare, quo usque ad caeleste regnum perueniat, vbi videndo DEVM, & permanendo, beatus erit.

COLLOQVIUM.

Benedictio tibi sit piissime Domine, qui tam sollicitam omnium te diligentium, tibi que feruentium curam geris. Benedictio & laus tibi sit, qui necessitatibus amicorum tuorum oportuno tempore subuenis. Moliatur Iezabel omnia quae potest:

testiminas quantum vult, accumulēt Helias te protectionem illius suscipiente, non formidabit. *Qui enim in te speravit, & confusus est? Confundantur omnes iniquē agentes: non autem qui pro tui amore patiuntur.* Veni Anima mea, subduc calculos, ac beneficiorū acceptorum rationes supputa, & inuenies nos sine ulla comparatione summo huic Domino multo obligatiores esse, quam Heliam prophetam: tantoque amplius, quanto beneficium in nos collatum, eo quod Heliae impensum fuit, maius & excellentius est. Helias in solitudine ab Angelo panem sub cineribus coctum accepit: At nos in hac valle lachrymarum, à Rege Angelorum, caelestem panem, diuini amoris flammis percoctum accepimus. Helias à Deo contra Iezabelis tyrannidem protectus fuit: nos autem à carnis tyrannide protegimur, quæ tanto perniciosius bellum nobis mouet, quanto Iezabele astutior, atque intimior est. Helias ab hoc pane roboratus, quadraginta dies totidemque noctes, vsque ad montem DEI ambulauit: at nos cibo diuini huius Sacramenti confortati, in virtute illius non tantum quadraginta diebus, sed toto vitæ nostræ tempore, cum gratiæ atque gloriæ augmento ambulamus, quousque ad cælum perueniamus.

mus. Pespicias nunc Anima mea, quanto liberalior DEVS in nos, quàm in Heliam extiterit. Si verum est, vti verissimum esse nemo ambigit, quod *cui plus datum est, plus exigetur ab eo*, supputa modo quam ingens sit debitum nostrum. Constat sanè tantum esse, vt pro eo exoluendo alterius auxilio nobis opus sit. O Sanctissima DEI Mater, quæ intellecta beneficiorum in te collatorum magnitudine, perfectè satisfecisti obligationi tuæ, succurre atque opitulare mihi, vt & ego obligationi meæ satisfacere valeam. Eia Anima mea, per Sacramentum hoc exoluere possumus omnia debita nostra. Quia benignus IESVS non contentus, tam pretiosum donum nobis impetravisse, permittit etiam, vt per illud obligationi nostræ satisfaciamus. O benevolentiam interminatam. O charitatem immensam.

Decet igitur Anima mea, vt exemplo Heliae sacram Communionem frequentemus, nec semel in anno sumpsisse contenti simus: hoc enim Dominus noster ardentissimè desiderat. Deinde necessarium est, non requiescere sub vmbra creaturarum & voluptatum præsentis vitæ, sed incessanter ambulare, non per viam latam & spaciosam, *quæ ducit ad perditionem*, sed per angustam,

DESAC. EVCHARISTIAE. 161

stam, quae ducit ad vitam. Hoc docet nos He-
lias, qui post iteratam panis sumptionem,
relicta luniperinae arboris umbra, per diffi-
ciles & montuosas semitas ad montem
Dei Oreb contendit.

ORATIO.

Misereticordissime Domine, cui pro-
prium est misereri semper &
parcere, te humiliter oro, miserere debi-
litate mea, & largire mihi gratiam dig-
ne panem hunc caelestem manducandi, ut
ab eo roboratus, sine offensione ad supernam
Hierosolimam ambulare ac per-ingere
valeam, ubi maiestatem tuam laudem at-
que concelebrare, in saecula saeculorum Amen.

MIRACVLA.

Andreas Eborensis de sacros commun. refert,
S. Onophrium in vasta Aegypti soli-
tudine Deo seruientem, Dominico quo-
que die, Angelo deferente sacrosanctum
Christi corpus accepisse, cum procul ab
humano cultu degeus, Sacerdotis copiam
habere non posset.

Vincentius in Spec. Hist. lib. XIII. cap. 53. me-
moriam prodidit: tempore S. Sylvestri Pon-
tificis.

tificis, Romæ immanem Draconem existisse, qui venenato halitu suo aerem inficiebat, & pestilenti contagione plurimos necabat: de quo, cum Calphurnius Præfectus cum S. Syluestro, quasi ipse propter nouam introductam religionem, horum malorum causa foret, ex postulare S. Syluester urgebat, vt velvnum ex Christianis demonstraret, qui a Dracone peremptus esset. Tum præfectus, Si Christianis non nocet, neque tibi quicquam nocum dabit, perge igitur, & in nomine D. I. I. illi præcipe, ne deinceps e spelunca sua egrediatur, aut cuiquam mortalium noceat. S. Syluester id facere non detrectauit: sed primum in orationem se dedit, ardentesque ad D. E. V. M. preces fudit; quibus dum intentus esset, apparuit ei S. Petrus Apostolus, monens vt securè pergeret, veruntamen prius sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento se præmuniret. Fecit ille vt iussus fuerat. Ingressusque fatentem pestifera huius belluæ cauernam, in nomine Christi imperauit ei: vt subsisteret; & apprehensam circa os, canabeo filo triplicato ligauit, nodum signo crucis obsignauit, exiensque præcepit illi, ne inde vquam egrederetur. Hoc viso miraculo, multi

multi abiurato inanium Deorum cultu,
Christo nomina sua dederunt.

DOCYMENTVM.

Vide Fili, quantum possit sanctissi-
mum hoc Sacramentum in huius
vita periculis. Si autem S. Syluester mag-
nae sanctitatis ac meriti vir, antequam
Dracorem apprehenderet, eodem Sacra-
mento se pramuniuit: tibi qui non es eius
sanctimonia, multo amplius id faciendum
est, ne in Daemonum aut aliorum hostium
pericula incurras.

Orabis pro illis, qui in hac vita propter
iustitiam & virtutum studia, tribu-

laciones & persecutio-

nes susti-

nant.

EXER-

EXERCITIVM XXV.

*Agnum Paschalem Sacramenti huius
figuram extitisse. Exod.*

Cap. 12.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane,
inter alias proprietates, quibus Ag-
num Paschalem præditum esse oportebat,
etiam hanc extitisse, ut esset sine macula,
quo significabatur, Christum, qui ventu-
rus erat, ut nos à peccatis liberaret, sine om-
ni peccati labe futurum.

2. **C**ONSIDERA, Eas duntaxat Æ-
gypti domos, quarum ostia huius Agni
fanguine conspersa atque insignita fuerunt,
à morte primogenitorum immunes exti-
tisse, quo indicatur, cum qui Christi san-
guine notatus & insignitus sit, ab æterna
morte liberum fore.

3. **E**XPENDERE tecum filios Israel,
antequam proficiscerentur ad terram pro-
missionis, comedere debuisse Agnum Pa-
schalem, cum ritibus à Deo præceptis,
quo figuratur nobis, quo ad cælum perue-
nire valeamus, opus esse manducare Agnum
novæ legis, illa cum præparatione, quam

D S V S

DEVS ipse constituit, & ordinavit.

4. CONSIDERA ex diuina iussione Agnum comedi debuisse, cum pane azymo & lactucis agrestibus. Quo signatur: ad percipiendam sacram Communionem, necessariam nobis esse poenitentiam, id est verum de peccatis dolorem, & propositum deinceps non peccandi.

5. REVOLVE tecum, illos, qui manducabant Agnum, renibus succinctis, stantes, baculosque manibus tenentes, & calcatos eundem comedere debuisse: ita qui Sacramentum hoc sumit, debet esse castus, à creaturis liber & expeditus, passionum suarum dominus, atque à terrenis rebus seiunctus & alienus.

COLLOQVIUM.

Domine, quanto leuiores efficis nobis mandata tua: quanto etiam faciliore reddis viam ac methodum ex venerabili hoc sacramento salubrem fructum capiendi, tanto maiori versamur in periculo. Ad Agnum Paschalem antiquæ legis ritè manducandum: quam multæ constitutiones latæ; quam varij ritus adhibiti fuere? Sumendus enim erat Agnus masculus, anniculus, immaculatus, non aqua coctus, sed assus igni: si personæ domus ad eum absu.

absumendum non sufficerent, vocandi e-
 rant vicini: manducandus adhuc nocte,
 idque cum pane azymo & lactucis agrelli-
 bus. Illi præterea qui comedebant, stantes,
 renibus accinctis, baculos tenentes in ma-
 nibus, calceati, & festinantes eum comede-
 re iuebantur: si quid superfuisset, ante ma-
 tutinum igni absumere. Si autem ad man-
 ducandum Agnum, qui nihil erat nisi Ag-
 nus, quia salutem non dabat, gratiam non
 conferebat, nec peccata tollebat, ut
 ceremonijs opus erat: ratio profecto
 humana flagitare videbatur, ad manducan-
 dum illum Agnum DEI qui tollit peccata
 mundi, multo plures ac singulari ores ritus
 ac ceremonias adhiberi. Sed suavis gratia
 lex id passa non est. Gratia tibi sit, amabilis-
 sime IESU, qui sacratissima Passione tua,
 omnem à mandatis tuis amaritudinem &
 difficultatem abstulisti: ideoque verè dice-
 re potuisti: *Iugum meum suave est, & onus me-
 leue.* Veruntamen, O Domine, magnum hic
 nobis imminet periculum ingrati tudinis:
 quia enim ad manducandum caelestem
 hunc panem, quo verus Agnus gratiam,
 salutem & gloriam conferens continetur,
 aliud nihil requirit, quam *cor contritum &
 humiliatum*, magnum certe id beneficium
 est, dum pro tanti thesauri perceptione, nobis
 plus

plus exigit: pro hoc autem beneficio plurimum obstricti sumus tibi seruire, atque gratum obsequium exhibere. Quod si non facio, quis respondeat me non aliquando auditurum: *Ligatum manibus & pedibus, proiecit eum in tenebras exteriores.* Anima mea vide quid agas, quia diuinæ voluntatis est, vt antequam ex Aegypto huius corporis, ad terram viuentium proficiscaris, manduces prius Agnum hunc diuinum, charitatis igne assum. Veruntamen aduerte necessarium esse, vt baculum manu teneas: si enim passionēs & appetitiones tuæ inordinatæ tibi dominantur, nihil tibi proderit Agni huius comestio; quia earundem baculus & dominium in manu tua esse debet, vt illæ tibi parent, non tu illis. Opus est adhuc vt calcatus sis, ne videlicet terrenarum rerum affectionibus ac sordibus te commacules, alioqui cibus hic cælestis, plus tibi nocuenti, quàm utilitatis adferet; quia pedum humiditas, stomacho incommodare ac digestionem impedire consuevit. Opus est præterea, vt Agnus hic cum pane azymo & lactucis agrestibus manducetur: qui enim ad Sacramentum hoc sine prætorum scelerum detestatione, atque intimo cordis dolore accedit, *iudicium* vti S. Paulus testatur, *sibi manducat & bibit.* Opus est

est etiam, ut hæc lactucæ agrestes sint, ut nimirum adsit pœnitentia, cuius amaritudo Agnum facit sapidiorum, efficitque ut expeditius proficiscamur. Opus est, Agnum stando & festinando comedere: qui enim festinanter aliquid agit, ad illud attentus est, de alijs rebus non sollicitatur, neque cogitat: ita & tu Anima mea, quando accipis sacram Communionem, attenta esto ad hanc actionem DEO gratissimam & iucundissimam: repelle à te omnem aliam eò nõ pertinentem cogitationem: cogita illius quem suscipis magnitudinem, & excellentiam, & maiestatem; quod nimirum sit Rex gloriæ, qui venit ut te donis suis cælestibus locupletet. Opus est denique ut stando comedas: videlicet ab omnibus imperfectionibus erecta, & ad bonas inspirationes exequendas prompta & expedita.

ORATIO.

Mansuetissime Agne IESU Christe, cuius sanguine abluti & sanati sumus, te obsecro per obedientiam, quam tota vita partim Patri, partim hominibus presticisti, largire mihi gratiam sanctissimam legem tuam exacte seruandi, ut
per

per mandatorum tuorum semitam gradiens, inoffenso pede ad desideratum aeternae salutis terminum perueniam Amen.

MIRACVLA.

DE S. Margareta Hungariae Regis filia scribit Surius 28. Ian. eam quotiescunque pascha immolare, & Agnum nouae legis comedere decerneret, praecedenti die solo pane & aqua contentam, atque totam illam noctem in precibus & lachrymis expendere solitam fuisse: ideoque frequenter in Spiritu rapiebatur, & a terra sublata in aere pendeat immobilis.

In Prato spirituali. cap. 30. legimus. In Cades emporio Cypri, fuisse mulierem quandam, quae a vicina sua, quae erat Catholicae religionis & fidei, ad celebrandum Pascha, & manducandum Agnum, Christum Iesus v m inuitata, lata eò perrexit. Vir eius, cui nomen Isidorus, qui hoc fieri vetuerat, quia Haereticus & Seueriani dogmatis errar, cum de vxoris suae abitu certior redditus esset, cucurrit protinus ad vicinae domum, volens eam a Communione prohibere, sed inuenit illam sacrosancto Christi corpore iam refecta. Quare indignatione concitatus, apprehendit guttur eius, compulitq;

H

pulitque illam euomere sacram. Com
 nionem. sumptam deinde particulam
 stam, atque in lutam coniectam, pedibus
 protrusit & conculcauit. Sed mox ingere
 coruscatio siue flamma sacrosanctam Ho
 stiam in altum sublatam assumpsit, har
 ticumque valde attonitum reddidit. Po
 biduum apparuit ei quasi vir Aethiops
 micinctis vestitus, qui dixit ad eum: Ego
 in simul in unum supplicium condemnatus sum
 Cui ille: Tu vero quis es? Respondit Aethi
 ops: Ego sum qui conditorum omnium, Dominus
 IESVM Christum in maxillam percussi post
 tempore. Consternatus igitur hoc viso, &
 punctus, perrexit ad monasterium, ibi
 asperis poenitentiae operibus, sacrilegium
 se commissum expiauit.

DOCUMENTVM.

Aduerte Fili, num aliqua iniuria
 contemptu venerabile hoc Sacra
 mentum affeceris, qui a vltio diuina
 uis ardet, non tamen omnino deperit
 quo diuini tardat, eo solet esse grauius
 promerente sic obstinatione. Et dicitur
 sordis tui,

DE SAC. EUCHARISTIAE. 17^r

Orabis pro Christianis, qui à Turcis alijsque infidelibus in captiuitatem abducti sunt, ut DEVS illos à seruitute spiritali & corporali clementer eximat.

EXERCITIUM XXVI.

Manna, quo Hebraeorum populus alius fuit. Sacramenti huius figuram gessisse.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima mea, DEVM populo suo Israelitico, post transitum maris rubri in deserto, Manna in cibum præbuisse, quod figuram caelestis huius Sacramenti gessit: quod ijs qui per aquam baptismatis transierunt, atque in deserto periculosa huius vitae versantur, collatum est.

2. **C**ONSIDERA, populum DEI, donec terram promissionis intraret, Manna sustentatum fuisse: quo significatur, populum Christianum sacrosancta Eucharistia se nutrire debere, quamdiu degit in hac peregrinatione, quousque ad caelestem patriam perueniat.

3. **EXPENDE** tecum, in collectione Mannæ non plus reperisse illum, qui multum collegerat quam qui parum: ita & in hoc Sacramento quantum accipit, qui magnam hostiam sumit, tantum accipit etiam qui parvam hostiam, aut exiguam illius particulam sumit.

4. **CONSIDERA** Manna non tantum fuisse cibum suavem, sed omnis saporis suavitatem in se continuisse: sic sanctissimum hoc Sacramentum, quia Christum in se continet, non modo in se perfectum, sed omnium creaturarum perfectiones in se complectitur.

5. **REVOLVE** tecum, Iudæos qui Manna contemnebant, aut de illo nauseantes murmurabant, seuerè a Deo puni-isse: sic etiam omnes, qui venerandum hoc Sacramentum parvipenderunt, & contempserunt, diuinam in se visitationem contempserunt, ut ex quamplurimis miraculis patet, aut ad maiora, in altera vita supplicii reservati fuerunt.

COLLOQVIVM.

Proficiscere popule DEI in Palestina, quo ducere per diem in columna nubis, per noctem in columna ignis. Vade ne heres, etiam si in deserto constitutus, Agypti factus.

farinae tibi deficient: quia DEVS tuus tanta potentia atque benignitatis est, ut tibi aliquid deesse passurus non sit. Ne dubites, cum tui recordari, cum ipse dixerit: Etiam si mater oblita fuerit infantis uteri sui: *ego tamen non obliuiscar tui*. Caue tu potius ne illius obliuiscaris, inde enim tibi non mediocriter damnum accedet. Agite filij Israel, egredimini omnes ad colligendum Manna, quod vobis DEVS de caelo pluit: sed non decet, vos ita Mannae de terra colligendo inuentos esse, ut non aliquando oculos ad caelum attollatis, atque illi qui Manna hoc vobis prebet, gratias referatis. Anima mea, si Patriarchas, qui praesentes extiterunt, quando DEVS Manna de caelo pluit, interrogaueris, quanti aestimauerint hoc donum: respondebunt tibi tantum, quantum vitam propriam: quia nisi hoc Manna refecti fuissent in sterili & infructifera solitudine animas suas exhalassent. Confer Anima, Sacramentum hoc nostrum, cum Manna quod illius figura fuit, & iudica deinde, quanti illud facere debeas: nisi enim statera iudicij tui te fefellerit, pluris quam vitam tuam illud aestimabis: quia Manna vitam duntaxat corporalem aluit, populūque Hebraeum à praesenti famis exitio & morte temporanea liberauit: sed sacra Eucharistia,

charistia, vitam spiritualem conseruat, & hominem ab aeterna morte liberat, iuxta illam Christi sententiam. *Patres, vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum.* Manna Angelorum minister, & pistum nostrum Sacramentum, ab ipso Deo Angelorum Domino institutum, sicut in scripturis videbatur esse Manna, & plusquam Manna, sed nostrum Sacramentum est verum Christi corpus accedens panis contactum. Manna denique omnis saporis suauitatem, qui comedens deederabat, in se complectebatur: at nostrum Sacramentum, quia spiritualis & diuinus cibus est, omnium virtutum gustum continet.

Decerne modo Anima mea, quantum pretio atque aestimatione illud habere debeamus: quantum etiam tanti benefici gratiam & largiri, & toto cordis affectu gratias agere de iuncti sumus: quam denique rationi consentaneum sit, vitam & sanguinem in illius obsequijs expendere.

Iudica num summus hic Dominus, istam rationem non habeat in omnes, & per ingratitude, aut peruersam voluntatem augustissimum hoc Sacramentum paripendunt, animaduertendi, eosque

uerissimè castigandi? quis enim ambigat iuste illos vita spoliari, qui vita largitorem contemnunt & aspernantur? Non te fugit, Anima mea quomodo Iudæi, qui Manna nauseantes, atque contra DEVM murmurantes, cibum leuissimum illud appellabāt, Ignitorum serpentum moribus miserandū in modum interierint? Quæ ergo pœna manebit eos, qui de hoc Sacramento murmurant? quod tanto Manna dignius est, quanto DEVS dignior est Creatura?

ORATIO.

Plissime IESU per illam amaritudinem quam sensisti ex felle & aceto, quo in passione tua potatus fuisti, te obsecro: impertire mihi hanc gratiam, vt omnium rerum terrenarum gustum ac sensum amittam, & sacrosanctæ duntaxat Eucharistiæ suauitatem degustem, vt quam suavis est Dominus experiens, amplius à te non separer, Amen.

MIRACVLA.

SVIUS die 17. Septemb. scribit Elzeariū comitem vxori suæ cum qua perpetuā seruabat virginitatem dicere solitū fuisse:

H 4

quoties

quoties sacrosanctum Christi corpus sumeret, se tam perfectam in ore suo sentire suavitatem, ut omnis alia dulcedo in illius comparatione nihil sit, Vxore vero causam huius suavitatis suscitante respondit: Ex diuina id permissione fieri, ut cognitum habens quantæ suavitatis sit hic cibus, tanto maiori cum desiderio illum frequenter.

In serm. 72. Discip. memoria proditur est: Fratrem quendam ex ijs, quos Conuersos appellant, post diurnos labores, orationes & ieiunia promeruisse, ut quadam communicans incredibilem in toto corpore suo experiretur suavitatem, omnem aliam suavitatem, quam in mundo vnquam gustasset infinitis partibus excedentem, qua tantoperè delectabatur, ut alteri fratrem quem fortè obuiam habuerat, osculum portigeret, quo cum hac ratione, dulcedinis quam sentiebat participem redderet. Sed contra accidit, quia statim omnia huius suauitate spoliatus fuit.

Nauclerus in Chronolog sua sub anno domini. 1280. refert, Traiecti in Belgio ducentos homines, cum viros, tum foeminas in ponte supra mosam strato, tripudiantes, aliosque ludos exercentes, cum sanctissimi Eucharistiæ Sacramento isthac fortè delectati

to, nullam reuerentiam exhiberent, nec à
fatu cessarent, subito pontis casu omnes
fuisse oppressos, vel in Mosa flumine sub-
mersos, excepto vno, qui miraculi testis
esset.

DOCUMENTVM.

Fili ex his exemplis, amorem pariter ac
reuerentiam erga sanctissimum Eu-
charistia Sacramentum haurire potes: A-
morem propter insignia dona, qua digne
sumentibus largitur: Honorem, reuerenti-
am & timorem filialem eum qui à nobis
in magna estimatione haberi dignus est,
non offendendi, quia in sui contemptores
seuerissime animaduertit.

Orabis pro omnibus Eremitis & alijs soli-
tariam vitam in desertis locis agenti-
bus, ut DEVS spiritum suum
& perseverantiam illis
largiatur.

H 5 EXER-

EXERCITIVM XXVII.

Arcam fuisse sanctissimi huius Sacramenti figuram. Exodi Cap. 25.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE pie Christifidei Arcam que Christi figura fuit auratam atque ornata velum tabernaculi collocatam extitisse quo significabatur augustissimum hoc Sacramentum; in quo Christus, panis accedentibus quasi velatur & regitur: inauratio vero, flagrantem Christi charitatem denotat.

2. CONSIDERARE in Arcam tria extitisse: unam auram Manna plenam: Virginitatem Aaron que fronduerat: & duas leges tabularum digito Dei scriptas: quo praefiguratur, in Christo futuram plenitudinem sanctitatis: potestatem sacerdotalem: & auctoritatem legislatoris.

3. EXPENDE tecum DEVM, per hanc Arcam multa beneficia cum generalibus particularibus mortalibus praestitisse: & quod DEVS non modo dignè Sacramentum hoc fumentes beneficijs ornat: sed etiam propter illos integris aliquando Promittit.

eijs & Regnis parcit, ne pro meritis in ea animaduertat.

4. CONSIDERA, Arca ad Iordanē fluium applicata, aquas diuisas, per uiasq; redditas fuisse: adeo ut non modo Arca ipsa, sed totus etiam Israëliticus populus sicis pedibus fluium pertransierit: ita & diuinum hoc sacramentum, auxilio nobis est ad præsentis uitæ tribulationes superandas, modo præcedat nos ueluti Arca, & non relinquatur à tergo.

RE. V. D. J. V. E. tecum, DE. V. M. seueris. omne omnes illos, qui Arcam, ut par erat, inueniunt non fuerunt puniuisse: ita & DE. V. M. seuerè in Christianos, qui venerabile hoc sacramentum, uti decet, non colunt & ac venerantur, animaduertit.

COLLOQUIVM IN FORMA

Dialogi.

HOMO ET ANIMA.

HOMO. Quid est Anima mea, quod te totam video attonitam & trementē?

ANIMA. Iusta mihi subest timoris ac tremoris ratio. Ho. Imo verò gaudij & exultationis, quod instante celebri hac festiuitate sacrosanctam Eucharistiam perceptu-

ta sis: adeoque non mœrere, sed latari ac
 gaudere debes, quod amorofo sponso tuo
 IESU Christo iungi valeas. ANIMA. Do-
 lorẽ meum, aut vt aperius dicam, timorẽ
 mei causam acu tetigisti. HO. Cur hoc? pro-
 fertim cum nulla tibi formidinis causa
 superet. AN. Aduerte an iustam metuen-
 di rationem non habeam: Ex vna parte mi-
 hi suadetur, vt sacram communionem fre-
 quentem, quo in spiritu ac deuotione pro-
 ficiam, simulque salutem meam rectius
 constituendo, DEO gratum obsequium
 præstem: Benè hæc: Ex altera vero tu: Arcam
 celestis huius Sacramenti figuram gessisse
 ais. Quis autem non exanimeretur, qui non
 rit Ozam, propterea quod Arcam casum
 minitantem tenuisset, repente mortuum
 concidisse: si propter solum figuræ conta-
 ctum, talis eum ultio secuta est, quid erit
 non modo tangere sed etiam sumere ac
 manducare figuratum? Quare deinceps
 tantæ audaciæ ac temeritatis non ero, vt
 ad illud sumendum accedam. HO. Hæc
 est Sathanica tentatio. Ego verò Oze oppo-
 no Obecedom, cui eo quod Arcam illi de-
 des suas suscepisset, benedixit dominus
 domumque illius donis celestibus locu-
 plerauit. Quod Oza repentina morte percussus
 u. 2. 1. 1. id iustè promeritus est, quia non
 debuerat

debuerat: Arcam DEI curru ab animantibus vecto, vti infideles Philistym, sed humeris Leuitatum, vti moris erat ferendam committere: ideoque Dominus iratus, *percussit eum super temeritate. AN. 1.* Sed omittamus Ozam & demus penes illum huius vindictæ culpam fuisse. Dic mihi David nonne erat vir eximia religionis & sanctitatis: Nonne erat, vti sacrae literæ testantur, *homo secundum cor DEI*? Cui ergo Arcam in domum suam introducere ausus non fuit, sed misit eam in domum Obededom? Et tu vis, vti in hoc Sacramento Dominum Arcæ, intra me hospitio suscipiam? Ho. Inficiari nequeo Dauidem, quia casum Oze presens inspexerat, arcam ad se introducere timuisse, nec quod diuinam voluntatem ignoraret: sed non eadem ratio est nobiscum, qui hominum DEVM à nobis sacram Eucharistiam percipi, vehementer desiderare: frequentemque illius sumptionem gratiā habere: ideoque Dauidis exemplum nihil tibi patrocinatur. AN. Nihilominus valde mihi metuo: praesertim cum non me lateat, Philistæos, propter Arcam punitos fuisse: Azotios etiā eiusdem Arcæ causa, diuinum flagellum sensisse: De Bethsamitis etiā propter incautum Arcæ aspectum, sacras literas dicere: *percussit DEVS de populo*

Septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis
 Ho. Omnes hæc pœnæ populis iam com-
 memoratis, iuste inflictæ fuerunt, eo quod
 Arcam DEI, vt decebat, reuerenti non fuis-
 sent: tum quia eam in abominâdo templo
 Dagon idoli sui collocauerunt; tum quia
 curiosis oculis eam inspexerunt. Sic etiam
 Anima mea, si tu augustissimum hoc Sa-
 cramentum cum mortali peccato, aut ex
 curiositate suscipis, iam ante tibi denûcio,
 minoris sceleris, esse non commuicare,
 quam malè communicare.

ORATIO

OMnipotens DEVS largire mihi gra-
 tiam, magna cum animi deuotione
 ac reuerentia sacrosanctum corpus &
 sanguinis tui Sacramentum suscipiendi,
 quemadmodum Arcam suscepit Obe-
 dedom: vt sic anima mea ysdem benedi-
 ctionibus, donisque celestibus, quibus do-
 mus Obededom repleta fuit, impleatur: o-
 mniaq; hæc ad maiorem diuine Maiestatis
 tue gloriam, atque anima mea salutem
 cedant. Amen.

MIRA

MIRACULA.

Hieronymus Menghus, *lib. 2. de arte
magica cap. 6.* scribit Maleficam
quandam simulatè sacrosanctam Eucharis-
tiam, ut ea ad beneficia abuteretur, sum-
psisse, et anculumque ex ore exemptam &
apud se repositam, domum attulisse: ubi
sacram hostiam vase terreo, cum bufone
aliisque rebus inclusam in stabulo terræ in-
fodit, hac ratione in pulverem à bufone
redigeretur, eamque postea ad maleficas
artes suas usurparet. Accidit paulo post, ut
ad huius mulieris aedes accederet opifex
quidam, operis aliquid eodem in loco, ubi
sub terra sacrosancta Eucharistia defossa
erat, acturus, inter laborandum audit vocē
quasi infantuli plorantis, statimque suspi-
cari cepit, esse forsan eo loci aliquem pue-
rulum, ut crimen lateret, viuum ab inqui-
litis domus sepultum. Rem ergo detulit ad
Iudicem, qui exemplo ministros aman-
dat, ut locum examinent atque effodiant.
Venefica cum id intellexisset, prævenite-
os, capsulamque effossam abstulit, sed voce
pueruli adhuc plorantis prodita est. Capta
igitur & tortura subiecta, totam rei seriem
confessa fuit, atque propter tantum sacri-
legium, in sacrosanctam Eucharistiam ad-
missum,

missum, meritas pœnas tulit.

Vincent. in spec. mor. lib. 3. dist. 7. pag. 6. narrat: homines aliquot, cœmeterium Ecclesie cuiusdam, in quantum Missæ officium celebrabatur, ingressos fuisse, ut ibi nullo nec sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, nec sacrificij Missæ respectu habito choreas ducerent: sed mox terribile fulmen de cœlo delapsum, alios stravit, & interemit, alios admodum malè multavit. De hac ratione tantæ temeritatis pœnas ab illis reposcente.

DOCUMENTVM.

Flli multò peiora tibi euenient, si celeste hoc Sacramentum in honore aueris, & à malis commertijs, maxime hominum impiorum & irreligiosorum, qui te ad sacrosancta hæc mysteria floccifacienda & nihili pendenda inducant, non te abstinueris.

Orabis pro Religiosis Indijs petentibus, ut Gentiles ad Christi fidem, atque augustissimi huius Sacramenti cultum ac uenerationem trahant.

EXERCITIVM XXVIII.

Farinam Helisai, Sacramenti huius

figuram extitisse. 4. Reg.

Cap. 4.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE fidelis Christi-
cane, in hac ærumnosa vita, tibi etiã
inuito, multas aduersitates tolerandas, at-
que amaras buccellas glutendas esse: quæ
nimirum sunt peccati protoparentum no-
strorum, quod in nos ab Adamo transfu-
sum est effectus.

2. **C**ONSIDERA, inter alias huius
vitæ miseras hanc quoq; numerari, quod
nemo semper in quiete degat: Elige tibi
quemcunque voles statum, omnes adhæc
quas desideraueris commoditates in prõ-
pitiis, neque sic tamen sine omni mole-
stia viues, sed plurima tibi etiam contra
voluntatem patienda erunt.

3. **E**XPENDERE tecum, quo quis magis
huius mundi rebus atque negotijs se im-
plicat, eo acerbius, aduersitates superueni-
entes in corde suo sentit; contra verò spi-
ritualis & mortificationi deditus minus
eas percipit, quia pro Creatoris sui amore
libens

libens volensque illas tolerat.

4. CONSIDERA piissimum Iesus V M, quia hæc omnia explorare nouerat, instituisse ac donasse nobis salutiferum hunc panem, qui esset vitæ spiritualis fulcimentum, simulque omnem presentis vitæ amaritudinem, nobis suauem redderet.

REVOLVE tecum, huius panis figuram gessisse farinam Helisæi, quæ cum in amaros cibos inspersa fuisset, in dulcedinem eos conuertit: quo factum est, ut in uitam ultra non exclamauerint: *Mors in olla*, sed sine fastidio totos absumpserint. *Beata* Sacramentum hoc viris spiritualibus, tribulationes huius sæculi dulces atque iucundas efficit.

COLLOQVIUM.

Domine, si in hac vita, alia non esset miseria quam mors, hæc vna ad omnes voluptates, & gaudia etiam maxima perturbanda sufficeret: illius enim sola memoria tam amara est, vt omnem cibum quasi toxico quodam inficiat, & omnis recreationis filum præcidat.

Quis enim si inter solatia & voluptates se moriturum esse meminerit, non conturbetur? Gaudeat licet avarus ex diuitiarum suarum aspectu, mox tamen vt de morte cogita-

eogitare coeperit, quodque omnia que possidet etiam inuitus relicturus sit, affligetur, & exclamabit. *O mors, quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantijs suis.* Anima mea inuenistine unquam aliquid in hac vita quod delectet sine molestia? quod satiet & consoletur, sine fastidio? quod ita dulce sit, ut nullam amaritudinem permixtam habeat? Credo quod de hac vitatum **LIBEREM** DA verè dicere possis: *Repleui me amaritudinibus, inebriaui me absinthio.* Ita enim reuera est, ac proinde vita hæc merito vocanda esset: vita infœlix, vita misera, vita amara: quæ plures nimirum ab absinthio, quod amatoribus suis offert, ad desperationem impulit.

Verum Anima mea quid inter hæc agemus? Num & nos desperabimus? Haudquam: sed ad farinam cælestis nostri Helicæ, Christi **ISVS**, confugiamus: quæ nimirum panis & Sacramentum nostrum efficit, omnem huius absinthij amaritudinem tollit, atque in dulcedinem vertit. Gusta ergo quoniam ut S. Petrus ait, *dulcis est nominus* sed dulcedinem Domini prius experiri non valebis, quam illum sumas & gustes. Sume igitur sacramentum hoc & confiteberis, *quoniam suavis est Dominus.* Anima mea vis non sentire absinthium huius vi-

tæ: esto spiritualis: quia quemadmodum
Animalis homo non percipit. quæ sunt spiritus DEI:
 ita qui spiritualis est, non sentit amaritudi-
 nem rerum terrenarū. O Domine memo-
 ria sacratissimæ Passionis tuæ nobis suffi-
 ciens esse posset, ad omne amarum dulce
 reputandum: fel & acetum quibus nostri
 causa potatus fuisti, sufficere valerent, ad
 omnem amarā portionem edulcendam
 supplicia quæ in sensibus tuis amore nostri
 sustinuisti, satis esse possent, ad reiiciendam
 à nobis omnem sensuum delectationem.
 Quid igitur faciet hoc memoriale & specu-
 lum in quo maximè relucet amara passio
 tua? Anima mea quid melius & excellenti-
 us queris augustissimo hoc Sacramento,
 de quo sancta canit Ecclesia. *Recolitur memo-
 ria passionis eius?* Ne optaueris aliud memo-
 riale sufficit enim hoc, quia Christum con-
 tinet, qui pro nostri amore amarum passio-
 nis calicem bibit, & ab exordio natiuitatis
 suæ usque ad extremum spiritum, plurimas
 nostri causa pertulit ærumnas & molesti-
 as. Non decet, neque lex amoris patitur,
 sub amaro capite, membrum esse sensua-
 le.

Recordare Anima mea, nos esse Exules
 filios Euzæ, ac degere in hac valle lachry-
 marum, in qua pati necessarium est, quo-
 uique

usque ad beatam illam vitam pertingamus,
in qua absterget DEVS omnem lachrymam ab
oculis eorum & mors ultra non erit, neque luctus,
neque clamor, neque dolor erit ultra,

ORATIO.

Misericordissime IESU, concede mihi
hanc gratiam, vt ita gustare mere-
ar panem hunc caelestem, vt in omnibus
tribulationibus meis nullū aliud querā re-
frigerium: quia hic solus potest mihi om-
nem huius mundi amaritudinem suauem
reddere, atque robur & vires, ad omnes
aduersitates tolerandas, largiri.

MIRACVLA.

Narrat Hieronymus Bard. in 4. part.
chronolog. suæ & Surius in appendi-
ce ad Nauclerum. Anno 1510. in tempestæ
noctis silentio hominem quendam sacri-
legum Paulum Form nomine, patria Po-
meranum, capsellam in qua venerabile
Sacramentum Eucharistiæ reconditum
seruabatur, deauratam, cum duabus hostijs
consecratis furatum fuisse. Ac sequenti die
hanc capsellam hostijs vacuam Iudæo cui-
dam emendam obtulisse. Sed Iudæus eam
consi-

considerans, hostias sacras quæ intus affluata fuerant, simul sibi vendi postulavit. Protulit sacrilegus, unam de sinu, alteram enim iam deglutiverat, atque Iudæo vendidit. Iudæus acceptam sacram hostiam, mente impositam pugione sæpius vibrato transforare tentabat; sed Deo volente inter tot punctiones hostia permansit integra. Quod videns, malitia exaceratus Iudæus, in furiam actus dixit: *Si es Christianorum DEVS, manifesta te in nomine mille uanitorum.* Quo dicto, citius in tres fessas partes sacra hostia, sanguineo per circumferentiam immaduit rubore. Territus Iudæus particulas panno involutas, mentem virum apud se retinet? & deinde daobus alijs Brandeburgi & Stendeli morantibus, singulas particulas mittit, tertia sibi reseruata, quam rursus mensa impositam pugione conficit, unde sanguinis guttulæ dimanarunt. Confestim ille & veritus se proditurum iri, particulam absumere nititur, sed non valet dea mittit in aquam, sed illa enata tertio in ignem proicit, sed nihil id hostiam nocet. Ad extremum sub Paschatis sollemnitate azymes coxit panes, particulam massulæ azymi panis admixta in furnum iactavit, moxque furnus alioqui obscurus resplenduit, & massula illa in Iudæi faciem exiliuit.

exiliuit. Nouo ille terrore correptus, massulam illam cum particula alteri cuidam Iudæo transmisit. Interim res prolata est in publicum, & Iudæi comprehensi, atque varijs supplicijs e medio sublati sunt. Sacrilegus etiam ille Paulus Form, candentibus forcipibus discerptus, igni traditus est. Denique Iudæi omnes à tota illa ditione ita proscripti sunt, vt sub pœna capitis, omnis eis reditu interdictum sit.

Refert Laurentius Surius S. Christinam, in sacra communione mox vt sacrosanctum Christi corpus ore contineret, solitâ fuisse tantam sentire dulcedinem, vt non modo ab omni liberaretur afflictione, sed etiam corpus nouas vires acquireret, & anima ingenti voluptate perfunderetur.

DOCUMENTVM.

Intuere fili, quo infœlicem hunc Iudæum obstinatio perduxerit, caue igitur ne in aliquo crimine obstinatus existas, ve non penus aliquid tibi eueniat, maxime si affueris contemnere ac parvipendere tremendum hoc Sacramentum.

Ora-

Orabis pro obstinatis in peccato mortali, vt DEVS illorum corda emolliat & ad se conuertat.

EXERCITIVM XXIX.

Sacrificium Melchisedech Sacramenti huius figuram extitisse. Genes.

Cap. 14.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane Melchisedech in lege naturæ fuisse Regem & Sacerdotem: atque Christi figuram gessisse, qui est Rex & Sacerdos sed non habens necessitatem, pro peccatis suis primo sacrificium offerendi, vt ceteri quia ab omni peccato liber exiit.

2. **C**ONSIDERA hūc Melchisedech Abrahamo cum post profligatos quatuor reges, è prælio victor & hostium spolijs inustus reuenteretur, obuiam processisse, vt que DEO panem & vinum in sacrificium & gratiarum actionem pro parta victoria obtulisse.

3. **E**XPENDS tecum, Melchisedech benedixisse Abrahamo, quod diuino auxilio roboratus victor rediisset, atque omnia

DE SAC. EVCHARISTIAE. 193

quæ hostes abstulerant, non sine ingenti laude ac gloria sua recuperasset.

4. **CONSIDERA** sacrificium Melchisedech, figurasse primo cruentum illud Christi sacrificiū quādo corpus & sanguinē suum in humani generis redemptionem obtulit, qua oblatione diuinæ iustitiæ pro peccatis totius mundi satisfecit.

5. **REVOLVE** tecum, idem sacrificiū præsignasse sacrosanctum hoc corporis Domini Sacramētum, significabat enim Christum nobis corpus & sanguinem suū sub specie panis & vini relicturum, largāque benedictionem omnibus Abrahami filiis, id est omnibus Christi fidelibus impertiturum.

COLLOQVIVM.

INtuere Anima mea, quomodo occasione sacrificij Melchisedech, indies magis ac magis valor & efficacia Sacramenti huius manifestetur.

Sacrificia quæ antiqui Patres DEO obtulerunt, varia fuere, ad diuersos fines instituta. Quædam ad referendas communi benefactori gratiarum actiones. Nonnulla ad placandam iusti DEI indignationem. Alia ad peccata populi expianda. Quædam denique ad diuina beneficia impetranda.

At tibi amorosissime IESV sit laus & benedictio, qui nobis de sacrificio tam preclaro & efficaci prouidisti, ut solū plus conferre possit, quā tot veterū Patriū sacrificia potuerunt impetrare. Quid enim ad reddendas Creatori gratiarum actiones, ad iram DEI mitigandam, ad veniam peccatorum consequendam, & dona caelestia impetrandam, melius, quid efficacius, quid accomodatius, quam DEI filius; qui quamuis per nis accidentibus velatus sit, propriū nomen non desinit esse DEI filius, atque omnipotens. Si alij postulantes aliquid a Deo in nomine ipsius exaudiuntur, quid non quando ipse DEI filius pro nobis postulauerit? Audiamus anima mea, quid de hoc Euangelistam Ioannem scriptum sit: *diligit filium & omnia dedit in manu eius*. Audiamus etiam quid apud Mattheum de seipso dicat: *Data est mihi omniū potestas in caelo & in terra*. Itaque non minus potest in caelo, quam in terra. Obganniat igitur nobis quantum volet, gentilitas; obmurmurent, quantum possunt Iudaei, ille qui in sacra hostia continetur, est verus DEI filius, dilectus a Patre, tenens in manu sua sceptrum & dominium totius mundi. Ita est Domine, ita ego confiteor. Veruntamen o fortissime atq; inuictissime Abraham, dic mihi, qua deuotione

deuotione in *erim* vsus fuisti, dum à Sacerdote DEI Melchisedech, sacrificium panis & vini offerretur? Non dubito magnam fuisse deuotionem tuam, teque dicere potuisse, vt solebas: En hic consisto *cum sim puluis & cinis*, & confiteor victoriam magis DEO quam mihi adscribendam esse. Quanto ergo maiori cum deuotione, ego in huius Sacramenti praesentia consistere debebo, quod sacrificium tanto dignius est, quanto Filius DEI dignior est Melchisedech? Anima mea, clare satis intelligo, quod respecta huius sacrificij virtute & efficacia, cuperes ab amerosissimo IESU benedici, quemadmodum Abraham à Melchisedech. Sed aduerte, si benedictionem hanc consequi voles, prius necessarium esse, vt hostes vincas, vt fecit Abraham; quia diuina benedictio non consistit in verbis, sed in donis caelestibus, quem enim DEVS benedicit, omni gratia implet. Si ergo à passionibus & inordinatis appetitionibus qui sunt hostes tui, vinceris, non es dignus à DEO benedici sed potius reprehendi & castigari. Vince igitur temetipsam, si vis à Domino in terra benedici, & in caelo gloria coronari.

ORATIO.

Benignissime IESV, quandoquidem tua sancta benedictio obtineri nequit nisi prius exemplo Abrahami, hostes profligentur, adiuva me tua sancta dextera quemadmodum Abrahamo auxiliatus es, ut viriliter contra omnia vitia & peccata decertando, ea profligem, & inter necioni tradam: sicque benedictionem tuam consequar. Amen.

MIRACVLA.

Gabri. Biel. ser. 3. hebdom. Sanct. & Sacerdot. 4. referunt, Foeminam quaedam ab omni spe destitutam, vitam laqueo hunc re decreuisse. Cum igitur laqueum trabem fixisset, iamque ascensum moliretur, & laqueum collo circumdaret, audiuit ymaginem Ecclesia Catholica moris est, campanam sonantem, ad sacrosanctae Eucharistiae sacrificio Missae elevationem: quapropter descendit, & genibus flexis, uti consuevit, versiculum illum: *Adoramus te Christe* &c. recitavit. Vix verba finierat, cum miraculose trabe contracta laqueus decidit. Daemon in rabiem actus, ad mulierem accessit. Gratias age Sacrificio corporis & sanguinis

DE SAC. EUCHARISTIAE. 197

nis Domini, propter quod in anima & corpore salutem hodie consecuta es.

S. Antonij. hist. 2. par. tit. 9. cap. 10. narrat. Duos adolescentes quadam die ad aucupiū egressos esse: cumque in campis pariter aibus illaqueandis intenti forent; ecce tibi ingens de improviso tempestas illos occupat: magno eum ventorum, fulgurum tonitruum, aliorumque inconditorum tumultuum fragore ac strepitu. Audita fuit intra hæc terribilis quædam vox in aere, quæ illos penè exanimavit: clamans, *Occide, occide*: statimque sagitta de cælo delapsa, alterum eorum interemit.

Alter socij morte attonitus, quid ageret nesciebat, & ecce iterum eandem vocem fortius ingeminari audit, *Occide occide*. Fugiebatur hanc illaque, ut mortem evaderet, cum aliam vocem exaudit dicentem: *Occidere hunc nequeo, quia Sacrificio panis & vini consecrati hodie interfuit; & illa S. Ioannis Euangelij verba audiuit, Verbum caro factum est.* Saluatus igitur fuit propter auditum ea die Missæ sacrificium, & sacrosanctam Eucharistiam adoratam.

Prompt. serm. 16. B. Virg. refert. Militem quendam vno oculo priuatum, sed sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, & Missæ sacrificio,

sacrificio, presertim B. Virginis MARIÆ
 addictissimum, cum Ecclesiam perturan-
 ret, audiuisse inchoari Missam de B. Virgi-
 ne MARIÆ, *Salve sancta parens*: Ingressus
 est gicur, & genua flexit, vt eandem au-
 ret. Aderat Iudæus quidam, qui hoc cernens
 ipsum irridere, & B. Virginem blasphema-
 re cepit. Miles surgens, colaphum in signum
 propter iniuriam B. Virgini illatam, ei
 fregit. Iudæus è vestigio Iudicem adijt, de
 que vi sibi à milite facta, questus est: ad-
 mabat autem, militem hunc monoculū
 esse. Missæ sacrificio peracto, ceteri omnes
 egressi sunt; solus miles in templo reman-
 sit, eo quod foris iustitiæ ministri extrus-
 eius præstolarentur. Interea sanctissimi huius
 Sacramenti virtute, & Beatæ Virginis inter-
 cessione alter oculus ei restitutus fuit: qui
 propter egressus carnifices ipsos ita per-
 transijt, vt ab ijs minimè, vepore qui non
 esset vltima monoculus, agnosceretur.

Iudæus etiam ex miraculo con-
 fusus, cum abire per-
 misit.

DOCUMENTVM.

Elli si plurima presentis vita pericula
 vitæ euadere, magna semper erga Sa-
 crificium Missæ, suis deuotione, & humili-
 ter Domino ibidem presenti te commen-
 da, ut illius Sacrificij DEO acceptissimi
 virtute, à multis laqueis & tribulationi-
 bus huius mundi libereris.

Orabis pro illis qui in carceribus aut tri-
 ribus constituti, Missarum solenniis
 interessere queunt.

EXERCITIUM XXX

*Panes propositionis Sacramenti huius
 figuram gessisse.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE serue DEI, in
 veritate lege à Domino iustum fuisse,
 vt in mensa tabernaculi proponerentur
 panes, ijque manerent in conspectu Domi-
 ni, nec vnquam deessent: hi autem panes
 vocabantur *panes propositionis*.
2. **C**ONSIDERA, hunc panem fuisse
 sanctum & sanctificatum: ideoque à mensa

vt alij recentes ponerentur, sublati, non
 omnibus ex eo vesci licebat, sed mundi
 doctaxat & sanctificatis, maximè vero sa-
 cerdotibus, ad quos hi panes propriè per-
 tinebant.

3. **EXPENDE** tecum hunc panem fi-
 guram gessisse Sacrosancti panis nouæ le-
 gis, quem **DEVS** in altari S. Ecclesiæ con-
 secrari & asseruari voluit, vsque ad finem
 mundi, in animarum nostrarum cibum
 Spiritualem.

4. **CONSIDERA** quemadmodum
 illo pane nemo nisi mundus vesci poterat,
 ita & ad sanctissimum hoc Sacramentum
 manducandum, necessariam esse cordis
 munditiem, alioqui erit sumenti mors an-
 imæ, & ruina corporis, quia sine debita præ-
 paratione sumitur.

5. **REVOLVE** tecum, si illis panibus
 antiquæ legis, qui huius Sacramenti figuram
 gesserunt, & in substantia nihil aliud erant
 nisi panes, tantus honor deferrebat, quan-
 tus honor huic nostro sacrosancto panis
 sub cuius accidentibus Christus **DEI** filius
 verè continetur, deferendus erit?

COL

COLLOQVIUM.

Surge anima mea, quia datur tibi occasio grandia cognoscendi, & noua mysteria intelligendi. Surge eamus ad videndum qualis sit hic panis quem Dominus Iesus super Altari Ecclesiae suae deposuit. Aduocemus Synagogam, ut & ipsa videat, num hic panis differens sit à suo pane, quem vocat propositionis, & magna cum veneratione supra Tabernaculi mensam adseruat.

Primo, panis tuus Synagoga, est panis ex frumento, in terra nato, & industria humana in panem redacto, confectus: sed noster est panis viuus, generatus in caelis, & inde ad nos delapsus: Sic enim affirmavit ille qui mentiri nequit. Ego, ait, *sum panis viuus, qui de caelo descendi.* Hic ergo sacer panis est, panis vitae, panis verus, quem qui manducat, *viuet in aeternum.* O panem diuinum, Panem admirabilem. Quae comparatio panis Synagoga ad hunc nostrum panem, qui confert vitam, & vitam aeternam? Quid umbræ cum corpore? Quam ingens est hoc beneficium Domine, quod factus sis panis noster, ut nos cibares: quod de caelo descenderis, ut panem vitae nobis largireris? O amabilissime Pater, qui ut prouideres familiae tuae de salutarifero hoc pane, pas-

fus es te trituri, moli & excoqui, nihil magno constitit tibi cibus hic. Cerealis Anima mea, quomodo disposita es ad manducandum sacrum hunc panem? Memoro Abimelech Sacerdotem, antequam panes propositionis Dauidi traderet, interrogasse an ipse & socij eius casti, & ab omni coinquinatione mundi forent: nec pro illis ei porrexisset, quā intelligeret a caeteris *ret vasa puerorum sancta* fuisse, non enim filij panes quos eis largiretur in promissa erant. Si ad manducandum panem propositionis, qui huius panis caelestis figurat, cordis mundities & conscientiae puritas requirebatur, quanto maiorem puritatem requiret sacer ille panis, *qui de caelo descendit*: O Purissima Virgo, & Dei Matrem te obsecro ut animam meam tua puritate vestias, ut secunda ad sacrum altare candidissimi filij tui in sacra hostia suscipienda accessam: videtur enim mihi nullam humanam puritatem, ne Angelicam quidem ad tanti Sacramenti sumptionem sufficientem esse. Anima mea accedamus fidei animo, quia Regina caelorum nos comitabitur, & ad sacram mensam, in qua Iesus suos diuino hoc pane cibat, consecret faciet. Beatus qui magna cum fame illum manducat. Beatus qui frequenter illo vescitur

scitur, quia cum sit panis qui de caelo descendit, se manducantes ad superna trahit, & digne suscipientes beatificat. Væ tibi Anima mea, si propter fastidium aut socordiam, sacrosancto hoc pane vesci negligis, quia si in vita corporea malum iudicium est communem panem fastidite, atque rejicere, ita pessimum est signum in vita spiritali, propter teporem siue fastidium, diuinum & spiritali hunc cibum non frequenta-

ORATIO.

Visacer hic panis, de caelo delapsus, animam meam in vita spiritali conseruet, largire mihi hanc gratiam pie IESU, vt verâ cum humilitate atque cordis munditia illum sumam, & quemadmodum mihi facultas datur, illum sepe numero adorandi, ita crebro quoque digne sumendi, facultas tribuatur.

MIRACVLA.

Nicephorus callist. lib. 13. cap. 7. & Sozom. lib. 8. cap. 5. scribunt huiusmodi miraculum.
Vir quidam sectator hærescos Macedo-

redoniana, eiusdem sectæ uxorem habebat. Hic cum S. Ioannem Chrysofomum de synagoga erga DEVM religione differentem fortè audiisset, doctrinam eius amplexus, uxorem quoque ut sibi consentiret, hortatus est: Et quoniam illa mulier eorum notarum solita consuetudine captiva tenebatur, ut maritus, quamvis admonisset sæpè, nihil tamen proficeret. Nisi, inquit, in religione mihi consorti fueris, ne in vitæ quidem communione posthac eris. Ibi mulier data fide, se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamque sibi ad fraudem marito faciendam, sociam adiungit. Pollicetur ergo se more Catholico cum illo communicaturam. Tempore communionis, mulier sacrum quem acceperat, panem continens, velut oratura procumbit: famula interim astans, furtim alium et non consecratum panem, quem secum attulerat, porrigit: quem simulatque dentibus admouisset, in lapidem induruit. Tum mulier timore consternata, ne quid sibi grauius eveniret, ob tantum miraculum in se diuinitus editum, cum festinatione ad Episcopum accurrit, quid sibi contigerit indicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiam ignotam & inulita.

institutum quendam colorem referebat. Cumque profusis lachrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps concors & Catholicè vixit.

Ioannes Moscus lib. 1. cap. 79. Prat. spirit. refert. Seleuciæ hæreticum quendam Severianæ sectæ, cum fortè serui sui Catholici, quæ Constantinopolim miserat, armariū aperuisset, & lintecolum inuenisset, inuolutaque in eo sanctas particulas communionis, contristatum hæsitasse, quidnam de illis faceret. Nam ex ipsis communicare nolebat, eo quod essent sanctæ Catholicae Ecclesiæ, ipse verò Severianæ hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erant, cogitans quia rediturus esset seruus & sumpturus eas. Cum autem venisset coena domini, neque seruus ille fidelis redisset, voluit eas comburere, ne opus esset in secundum annum seruari. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas, spicas & culmos germinasse. Vnde ingentimòre ac tremore comprehensus, in nouo, admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans *Kyrie eleison*, cucurrit ad sanctum & venerabilem Dionysium Episcopum, ac priore hæresi abiurata, Ecclesiæ Catholicæ aggregatus est.

DOCUMENTVM.

Fili, quia diuinus hic panis, vti Christus ait, confert vitam aeternam, & ratio conueniens est, vt eo saepe vescaris: & quia diuinus est, decet, vt magna cum deuotione ac reuerentia id agas: alioqui plus nocenti quam vtilitatis adferet.

Orabis pro omnibus Religiosis, vt bono suo exemplo, saeculares ad sanctissimum hoc Sacramenti deuotionem inducant.

EXERCITIUM XXXI.

Quanta fiducia collocanda sit in sanctissimo hoc Sacramento.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE fidelis Christiane, nullam omnino creaturam posse resistere, nedum vincere Christum Seruatorem nostrum: quia quatenus Deus omnipotens est: & quatenus homo est illi omnis potestas in caelo & in terra: ac proinde securus est, quicumque ab illo detrahitur.

2. **C**ONSIDERA sacras literas testari, neminem vnquam in Domino sperasse

& confusum fuisse : quia ille non minus clemens & benignus, quam potens & proprius est ad succurrendum omnibus necessitatibus nostris, modo nos nullum obiciamus impedimentum.

3. **EXPENDE** tecum non aliam ob causam Christum se nobis in hoc Sacramento relinquere, atque nobiscum usque ad mundi finem manere voluisse, quam ut nos protegeret & adiuuaret in necessitatibus nostris cum spiritualibus, tum temporalibus.

4. **CONSIDERA** nos omnem fiduciam nostram in illo, constituere debere, quia Pater noster est, & amantissimus Pater, nos autem filij eius : ac proinde magna illi afficeremus iniuria, si in tribulationibus nostris, ad eum ingenti cum fiducia non confugeremus.

5. **REVOLVE** tecum illa sacrae scripturae verba : *Facta cogitatum tuum in Domino, & ipse te eruet.* & cogita **DEUM** quia veritas infallibilis est, non posse promissioni suae deesse, sed omnia quae pollicitus est, perfecte adimpleturum.

COLLOQVIVM.

Absit Domine vt in siti mea, te fontem
 aque viuae derelinquam, & quaram
 mihi cisternas dissipatas, quae continere non valent
 aquas. Infans essem, & magna dignus ante
 ma uersione, si relicto diuino hoc Sacra-
 mento, quod omnium gratiarum & dono-
 rum caelestium fons est, pergerem ad em-
 dicandas terrenarum Creaturarum conso-
 latiunculas. Quo vadis Anima mea? Non
 vides Patrem & Dominum nostrum, etiam
 speciebus panis contactum, extendere vo-
 tris viribus brachia sua, vt nos congreget ac
 saluet? Non aspicias, quod quam diu nobis
 cum est, omnes inimici nostri diffugiant?
 Num ignoras, quod Infernum spoliauerit,
 de morte triumphauerit, & nunc gloriosus
 regnet in caelis? In quo fiduciam tuam con-
 locare poteris, si huic non confidis? Audi
 quid ipse de se dicat: *Confidite, ego vici mundum.*
 Audi quid Propheeta de illo testetur. *Beati-
 omnes qui confidunt in eo.* Si amabilissimus Ie-
 sus te inuitat ad fiduciam in se vno re-
 ponendam: si Propheeta beatum appellat,
 qui in eo confidit: si experientia docet, ne-
 miaem in Christo sperasse & confutum
 esse, quid quaeris amplius? Si spem tuam in
 Christo qui semetipsum eam ob causam, in

Sacta-

Sacramento Altaris reliquit, collocare ab-
 nuis, in quo eam constitues? Num in diui-
 tijs: sed hæc, præterquam quod fallaces sunt,
 te non comitabuntur, imo etiam inuitum
 derelinquent. Num in hominibus? At illi
 teste sacra Scriptura, sunt mendaces & va-
 ni; sunt etiam suspecti, quia *querunt que sunt.*
 Ac proinde S. Ieremias Propheta rectè ait:
*Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit
 carnem brachium suum, & à Domino recedit cor
 eius.*

Eia ergo Anima mea fundemus domū
 nostrum supra petram, non super arenam.
Petra autem erat Christus. Ad hanc alligemus
 nauiculam nostram: sæuiat mare atque flū-
 ctus suos attollat quantum volet; insaniant
 venti quantum eis collibitum fuerit, nauic-
 ula hæc Christo alligata, *non commouebitur
 in æternum.* Interroga Susannam quo illa
 cymbam suam, in illa ingenti tempestate
 persecutionis suæ, quando de vitæ, de bo-
 no nomine, & totius cognationis suæ ho-
 nore atque existimatione periclitabatur,
 appulerit? Sciscitare ab illa, cui columnæ il-
 lam alligauerit, eò quod in tanto periculo
 erat *cor eius fiduciam habens.* Respondebit tibi
 proculdubio, *in Domino.* Totam enim spem
 suam in DEO collocauerat. Audi modò
 quid benignus Dominus egerit. Cùm Su-
 sanna

fanna iam ad mortem duceretur, Daniele
 suscitavit, ut causam eius tuendam susci-
 peret: qui è vestigio accusationis falsitatem
 detexit, Susannę innocentiam manifestavit,
 ipsamque à morte, & ab infamia libera-
 vit, ac falsos accusatores confusos, morti ad-
 dicavit. Verè Domine, beati sunt, qui in te
 sperant. Quam verè ait Propheta: *In te spera-
 verunt Patres nostri, & liberasti eos: ad te, cla-
 merunt, & selui facti sunt: in te speraverunt, &
 sunt confusi.* Age Anima mea, adiungamur
 nos ad hanc firmam Sacramenti columen
 huic innitatur, si ab illo defendi ac pro-
 gi volumus.

ORATIO.

A Mantissime IESU noli me dereli-
 quere, in te solo fiduciam habentem
 te humiliter oro, suscipe me in tuam pro-
 tectionem, ut hostes anima mea neque au-
 daciam neque potentiam habeant,
 illius necem quicquam molendi.
 Amen.

MIRACVLVM.

In regno Valentia Anno Domini. 1239.
 Ingens Maurorum exercitus castrum
 quoddam oblidione cinxit, in cuius præsi-
 dio pauci erant milites Christiani, qui tan-
 tis copijs se resistere posse iam desperaue-
 rant. Quare Capitanei quorum sex erant,
 milites suos exhortarunt, vt sacra Com-
 munionem atque Confessione, ad fœlicem
 exitum se præmunirent, atque deinde cum
 barbaris congregarentur. Paruerunt mili-
 tes, & Ecclesiam, vt hanc deuotionem ope-
 re exequerentur, ingressi sunt. Dum igitur
 huic rei intenti essent, Mauri superuenien-
 tes, castrum expugnare aggrediuntur. Qua-
 propter deuotione sua nondum peracta,
 Mauris occurrere coacti fuerunt. At Domi-
 nus insignem eorum in huius Sacramenti
 virtute, fiduciam cernens, talem illis forti-
 tudinem tribuit, vt pauci, ingentem hostiũ
 multitudinem strauerint, ceteros in fugam
 compulerint. Obtenta miraculosa hac vi-
 ctoria, reuersi sunt in Ecclesiam, vt quod
 cœperant, absoluerent, & sacro Christi
 corpore se reficeret. Sacerdos igitur hostias
 consecratas, quas propter metum hostium
 Corporalibus inuoluerat & abdiderat,
 profertens, inuenit eas sanguinem in tanta
 copia

copia sudantes, vt etiam corporalia sanguine tingerentur. Milites ex miraculo attoniti, vix lachrymas continere valebant. Interea Barbari copijs denuo congregatis, viribusque reſectis reuertuntur, & de repente caſtrum adoriuntur. Milites Chriſtiani ex miraculo animoſiores redditi, maioremque quàm ante in huius Sacramenti virtute ſpem collocantes, obuiam illis ad prælium egreſſi ſunt, tantaque contentione barbaros repulerunt, vt maiorem quàm ante ſtragem fecerint.

Adepta ſecunda hac victoria, ad Eccleſiam regrediuntur, vt Deo gratias agerent ſimulque quid de ſacris illis hoſtijs conſultarent. Omnes igitur in orationem ſe dederunt, deinde ſortes iecerunt: neque his contenti, mulam domeſticam acceperunt, capſellamque in qua corporalia incluſa erant, illi imponentes, quo vellet liberè abire permiferunt: at illa Darocam verſus conceſſit: Milites cum luminaribus & canticis eam ſecuti ſunt: intrauit illa demum Darocam, & ad Eccleſiam rectè perrexit, quam ingreſſa genua flexit, atque mox, vt theſauro quem portabat exonerata fuiſſet, expirauit, ne alteri vſui deinceps deſeruiret. In hac eadem Eccleſia collocata fuere corporalia, ad quam frequens poſtea

postea factus est hominum concursus.

DOCUMENTVM.

Intuere fili, quomodo sanctissimum hoc Sacramentum subueniat necessitatibus eorum, qui in se confidunt: neque sic tamen existimabis quasi te totum, nihil agendo, illi permittere debeas, hoc enim esset tentare DEVM, sed quantum potes ex parte tua facies, horum militum exemplo, cetera, cum necessarium erit, DEVS supplebit.

Orabis pro militibus, qui Catholicam fidem contra infideles tuentur.

EXER

EXERCITIUM XXXII.

*De honore qui debetur augustissimo
huic Sacramento.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Anima Christi-
stiana, honorem proprie debet
virtute conspicuis & in perfectione con-
summatis: quia verò in hoc Sacramento,
ille qui omnium virtutum auctor & largi-
tor, atque totius perfectionis pelagus est,
revera continetur, rationi consentaneum
esse, ut illi omnem honorem, venerationem
ac reuerentiam exhibeamus.

2. **C**ONSIDERA, Si maiores nostros
honore afficere tenemur, multo magis
honorandum nobis esse hoc Sacramento,
in quo praesens est, Dominus noster, Pater
noster, Creator noster, & **D**EVS noster,
quo corpus, animam, & omnia quae possi-
demus accepimus.

3. **E**XPENDE tecum, Christum nostrum
causa in omni vita sua a Iudaeis spretum,
in honoratum, & multis contumelijs affec-
tum fuisse; decere igitur, ut in tot con-
temptum, pro nostri amore susceptorum,
& tolerantium aliqualem reparationem, totis
viribus

viribus eum honorare & adorare studeamus.

4. **CONSIDERA** quam plurimos, etiam in hac vita propter honorem venerabili Sacramento exhibitū, prosperis successibus vfos fuisse, vti supra diximus de domo Austriaca: Et e contrario multos propter eiusdem contemptum & partipationem, horrenda & subitanea morte sublato fuisse.

5. **REVOLE** tecum, omnem honorem quem Sacramento huic exhibemus, ad nostram utilitatē reuerti; quia hic in terris gratia, & in cœlis gloria remuneratur. Errat igitur, qui propter molestiam, vel foecordiam huic Sacramento debitum honorem ac reuerentiam præstare, ac in illius cultu laboris aliquid subire detrectat.

COLLOQVIVM.

OSS. Angeli pergite vos Dominum gloria, iuxta morem vestrum in cœlis debitis laudibus ac præconijs celebrare: nos etiam eum in terra honorare ac laudare pro virili non desinemus. Tantæ namque benignitatis est, vt humiles nostras laudes non modò non fastidiat, & aspernetur, sed etiam copiosè remuneret.

Ne

Ne putes Anima mea, quod ideo ab illo quantum potes honorando cessare debeas, quia non potes eum quantum dignus est colere ac venerari. Quia tam amorosus est, ut etiam exigua illa veneratione, quam tua nostra paupertas exhibere potest, contentus sit: modò ea ex corde proficiscatur, ne de nobis dici possit: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Dominus enim non tam quid donetur, quam donantis affectum considerat: primò Abelis animum, deinde oblationem eius respexit. Neque immerito Dominus cor primum intuetur: quia à corde procedunt cogitationes & opera: id autem quod à mala radice nascitur, bonum & sanctum esse nequit: quia *non potest arbor mala bono fructum facere.* Nec cessarium est igitur ut sincero & amoroso corde, te Domine honoremus: alioqui oblatio nostra non secus atque illa Cayni, ad quam non respexisti, eò quod ex malo corde proficisceretur, à te refutabitur. Ceterum quid faciemus Anima mea ad honorem sanctissimi huius Sacramenti? Quid moliamur, ut Dominus qui Pater noster est, de nobis non queratur & dicat *sì pater ego sum, ubi est honor meus?*

Quid machinabimur, ut Dæmonibus inferiores non simus, qui tremendum hoc
Sacta

DE SAC. EVCHARISTIAE. 217

Sacramentum genibus flexis venerantur
& honorant? Imo & tota caelestis aula ei
se inclinatur & reuerentiam exhibet. Sanè
quia Sacramentum hoc propriè nostrum
est, nobisque ab amantissimo IESU reli-
ctum, rationi etiam consentaneum foret,
nos illud cæteris omnibus feruentius ac
diligentius honorare: quia magis quam
illi salutarium eius effectuum participes
reddimur: magis etiam quam cæteri ei
obstricti sumus. S. Ecclesia, nimis parum
est, quod in reuerentiam & venerationem
sacrosancti huius mysterij canis: *Tantum*
ergo Sacramentum, veneremur cernui. Anima
mea bono sis animo, & confitere te suffi-
cientem non esse ad honorandum hoc Sa-
cramentum: *sed quantum potes, tantum aude,*
quia maior omni laude, nec laudare sufficit. Si
magna ad huius mysterij honorem facere
non vales, saltem exigua illa quæ agis,
animo libenti & hilari fac; sic enim non
minus illi grata & iucunda, quam
tibi vtilia & salutaria
erunt.

K. ORA-

ORATIO.

Domine IESV Christe, qui in omnibus
 Patris tui honorem & gloriam qua-
 suisti, largire mihi hanc gratiam, ut ne-
 que propter metum hominum, neque pro-
 pter inania eorum dicta & suspensiones,
 ab divini huius Sacramenti veneratibus
 desistam, etiamsi mihi sanguis & vitæ
 huius rei gratia profundenda sit.

MIRACVLA.

Cæsar. in Hist. sua lib. 9. cap. 51. scribit
 Militem quendam, cum die quadam
 equitans & pretiosis vestibus indutus, in-
 grederetur civitatem, in platea valde cen-
 sa obviam habuisse Sacerdotem, sacrosan-
 ctum Christi corpus deferentem. Consi-
 uerat autem quotiescunque Christi corpus
 deferri videret, prostratus illud adorare.
 Viso autem Sacerdote intra se hæsitabat
 quid ageret, si enim de equo descenderet
 & in tanta luti profunditate genua flecte-
 ret, vestimentorum perditionem metu-
 bat: si non descenderet, formidabat, ne
 luberrimæ consuetudinis transgressor
 semper ipsum accusaret conscientia. Sed
 prævaluit tandem conscientia: De equo
 descendit, & genua flectit.

DE SAC. EUCHARISTIAE. 219

igitur prostratus, in cæno flexis genibus,
& iunctis manibus sacrosanctum Christi
corpus adoravit. Christus autem ut quam
grata sibi esset hæc devotio manifestaret,
sua potentia egit, ut totius luti, ne vestigia
quidem vestimentis eius adhærerent. Quare
DEUM glorificans, & in fide amplius
roboratus, non sine magna admiratione
equum denuo conscendit.

Discip. in prompt. exemp. 32. refert. Sa-
cerdoti cuidam, qui sacrosanctam Eucha-
ristiam, ut ægro viaticum præberet, defe-
rebat, Iudæum quendam equo insidentem
obuiam factum fuisse. stimulante autem
illo equum calcaribus ut festinanter tran-
siret, Equus in genua procidit, & sanctissi-
mum Sacramentum quo potuit obsequio,
veneratus est. Iudæus id conspiciens, toto
conatu, modò calcaribus, modò habenis
id agebat, ut surgeret: sed non prius hoc
quirit obtinere, quam Sacerdos cum sa-
cro Christi corpore pertransisset. Inter
hæc vocem de cælis audiuit dicentem:
Agnosce creatorem tuum, quem de Vir-
gine natum esse negas. Quare compun-
ctus, in Christum credidit, & aqua Baptis-
matis lustratus est.

Londoni in Anglia, in Ecclesia S. Pauli,
K 2 contigit

contigit aliquando nomen Sartoris heretici deferri ad Archiepiscopum Cantuariensem (qui tum erat Thomas Arundellus) quod nullam sanctissimo Sacramentum exhiberet reuerentiam. Archiepiscopus igitur hominem humaniter monet, ut reuerentiam deinceps exhibeat. Hereticus vero impudenter respondet: Araneam reuerentia digniorem esse. Ac ilico de altari tecti culmine descendens ingens & horrida visu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit. Scribit hoc miraculum Thomas Valdensis, qui praesens fuit, cum ab multis praelatis. Tom. 2. cap. 63. contra Valdensium.

DOCUMENTVM.

Vide fili, quomodo sacrosanctam Eucharistiam honorantes, a DEO benedicuntur & beneficijs ornentur: imbecillitantes vero seuerè puniuntur. Vnde scriptum tibi, si ex salutaribus his exemplis fructum non ceperis.

Orabis pro illis qui sunt de confraternitate sanctissimi Sacramenti, ut in eo honorando & colendo diligentes se praebant.

EXERCITIVM XXXIII.

*Santissimum hoc Sacramentum
sæpè sumendum esse.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE pie Christiane,
Christum instituisse atque donasse
nobis Sacramentum hoc in cibum, vt ani-
mam nostram in spiritali vita conserua-
ret: ideoque necessarium esse frequenter
illo vesci: quemadmodum ad corpus in
corporali vita conseruandum, necessaria
est frequens comestio.

2. **C**ONSIDERA nos Sacramentum
hoc frequentando, rem facere DEO gra-
tissimam: quia hunc in finem tantum the-
saurum nobis reliquit: cum enim salutem
nostram desideret, desiderat etiam vt me-
dijs ad eam consequendam pertinentibus
vtamur; quorum efficacissimum est, huius
Sacramenti frequentatio.

3. **E**XPENDERE tecum, nihil esse utili-
us & efficacius ad conseruandum nos in
gratia DEI (quæ est maximum huius vite
bonum) quam sæpè communicare; in sacra-
entim communionem Christus accipitur: qui
quo.

quotiescunque sumitur, nouam gratiam
& cœlestia dona infundit.

4. **CONSIDERA** Dæmonem, qui
fructus quos diuinum hoc Sacramentum
animæ adfert probè nouit, varijs artibus
tentationibus ab eius cultu & sumptione
nos auocare conari: dum aliquando circum
illius fidem nos tentat: nonnunquam gra
uè ac molestam nobis videri facit propo
sitionem, ad illud dignè sumendum; qui
doque vero ad illius sumptionem de
in diem procrastinandam nos impellit.

5. **REVOLVE** tecum, propter fasti
dium à saluberrimi huius Sacramenti pro
ceptione se abstinere, præterquam quod
malignis spiritibus gratissimam sit, ma
festum præbere indicium valde exiguum
imperfecti amoris: quia qui Christum
verè diligit, ei coniungi, & vniri appo
tit.

COLLOQUIUM INFORMALE
Dialogi.

ANIMA ET CORPVS.

CORPVS. Anima mea, exploratè
habeo, tibi optabile atq; in votis
frequenter communicare, mihi verò ve
rum fatear, id parum aridet. **AN.**

hoc: **Co R.** Quia quoties sacra communio
 percipienda est, opus est orationi v' gilan-
 tius intendere, die præcedenti ieiunare, &
 confiteri; confessioni sæpè iungitur flagel-
 lorum, ciliciorum, aliarumque austeritatū
 vsus: & vt quod sentio liberè loquar, harū
 deuotionum non admodum amicus sum,
 quæ a mihi sunt afflictiones. **AN.** Intellico
 quid rei sit, agnosco hinc te filiū esse Eua;
 quæ vt mandatum à **DE O** acceptum gra-
 uius redderet, ad serpentem ait: **DE VM**
 præcepisse, de arbore vitæ ne manduca-
 rent, eamq; ne tangerent quidem: eum tamē
DE V S arboris illius contactum haudqua-
 quam prohibuisset: ita & tu preparationem
 ad piè communicandum, nimis asperam
 & grauē tibi fingis. Non sunt necessaria
 hæc omnia, quæ recensuisti: necessaria qui-
 dem est confessio, & oratio, maximè men-
 tis, vt quid sumendum & quomodo atten-
 datur. Cætera verò cuiusmodi sunt ieiuniū,
 disciplina, cilicium, ad quæ nihil afficeris,
 non sunt necessaria, sed vtilia duntaxat;
 quibus qui vitur, benè facit, & maiorem
 percipit gratiam, quamuis sine peccato
 omitti queant. **Co R P.** Attamen tempore
 sacrae communionis, opus est sui ipsius cu-
 stodię diligenter intendere, ideoque multis
 se recreationibus spoliare: Accedit quod
 K 4 etiam

etiam ipsa confessio multas secum molestias adferat; sunt enim cogitanda & recogitanda peccata, genibus flexis eadem est peragenda, atque inde fit, vt ex ea demum prorsus defatiger.

AN. Quomodo in altera vita, intolerabiles gehennæ cruciatus sustinebis, cum exiguus hic labor tam durus esse videatur. Cuperes quidem in hac & altera vita simul gaudere, sed id fieri nequit: omnes enim qui modo cœlesti gloria perfruuntur, in terra plurima perpessi sunt, & per multas tribulationes & afflictiones ad illam gloriam peruenerunt. Cogitandum tibi est præterea, tantam esse diuini huius Sacramenti dignitatem, & tam eximia bona quæ nobis adfert, vt etiam si millies plura pateremur, nihil hoc in illius comparatione censeri debeat. CO R. Anima nonne melius foret si hæc bona sine vlllo labore consequi possemus? AN. Si nemo id vnquam assecutus est, tu quomodo id sperare audes? Immo verò si hoc fieret, neque præmium, neque corona nostra esset: vbi enim nullus accessit labor, ibi nullum potest esse præmium, & vbi nullus fuit confictus, ibi victoria nulla est. Ad hæc si id fieri posset, tamen minimè deceret. Filius enim DEI in regnum suum sine passione ingressus non est, quomodo

quomodo igitur tu illud sine multarum
tribulationum perpeffione te consecutu-
rum putas?

CORP. Anima, intelligo te omnino pa-
ti apud te statuiffe, faciam igitur quod vis:
sed prius mihi velim explicari, qui ex frē-
quenti Communionē fructus sequantur.
AN. Qui fructus? Non vides, ijs in locis,
quibus salutiferum hoc Sacramentum frē-
quentatur, plus esse spiritus, plus deuotio-
nis: Nunquamne audisti in primitiua Ec-
clesia, quando sacer hic panis in frequenti
& penē quotidiano vsu erat, maiorem in
fidelibus fuisse sanctimoniam & feruorē?
Ego sane mihi persuadeo, nisi pretiosum
hunc cibum toties frequentassemus, mul-
tō nos peruersiores futuros, & fortē modō
in Inferno arsueros fuisse.

ORATIO.

Gloriosissime Saluator, te per amorē
quo Ecclesiam Sponsam tuam com-
plecteris, obsecro dignare mihi spiritum
primitiua Ecclesia infundere: vt sacro-
sanctam Eucharistiam cum feruore perti-
piens, me ad tantum mysterium vti par-
est, preparare, propter laborem non resu-
giam.

MIRACVLA.

PAlladius *in vita S. Macarij* refert, foemina nam quandam aliquot hebdomatibus à sacra communione abstinuisse, atque interim accidisse, ut quidam vesano illius more ardens, ad illicitum concubitum sollicitaret. Quod cum pudica foemina detrectasset, impurus ille homo maleficus quendam multis muneribus, ut eam in amorem inflammaret, allexit. Ille artis incantationibus, eam non foeminam se equam videri fecit. Maritus turbatus haec monstruosa novitate, vici presbyteros invocavit, sed illi in foemina triduo iam amonij destituta, tantæ calamitatis causam indagare nequibant. Illigatam igitur eam in star iumentum, flectens ingemiscensque Macarij cellulam deduxit. Ille cum precibus Domino pro ea obtulisset, aquæ benedictæ nudam immergens, bruti formam ab oculis circumstantium abstulit: affirmans hanc calamitatem illam incidisse, quia diuinorum participatione mysteriorum quinque iam hebdomatibus se segregasset itaque hortabatur eam ut à communione sanctorum, ab Ecclesiæ oratione desisteret nunquam.

De S. Colera scribit Surius 6. Mart. Cap. aliquando

DE SAC. EUCHARISTIAE. 227

aliquando solenni quodam die sacrosanctam Eucharistiam magna cum deuotione uellet percipere: dixisse illam Confessario ut pro se hostiam consecraret. At ille uel non intelligens, uel non satis aduertens quid diceret, id facere neglexit. Et si autem dubitaret de illius uoluntate, non tamen fuit ausus accedere eam, ne forte sanctas eius preces interurbaret. Cum igitur uentum esset ad horam sumenda Eucharistiae, sensit Confessarius eam more suo in fletus & gemitus erumpere, uti solebat communiatura. Quam obrem non parum admirans, eum se sciret non consecrasset pro ea hostiam, sentiebat magno id mysterio non uacillare. Postea absolutis precibus percunctatus est ex ea, quid sibi uellent lachrymae & suspiria quae audisset. Respondit illa humiliter, Dominum IESUM suis manibus, sibi pretiosissimum corpus suum obtulisse. Eadem haec uirgo Coleta magna cum deuotione ad Eucharistiae Sacramentum percipiendum se preparabat. Eo uero sumpto, mox rapiebatur in DEVM, manebatque immota & mortuae similis ad multas horas, nihil interea sentiens extrinsecus.

De Lyduuina uirgine refert idem auctor meale Aprilis. Cum ei a Parocho suo sacrosancta

cro sancta Eucharistia, quam multis precibus & lachrymis postulauerat, denegaretur, astitisse illi Angelum multa luce coruscum, qui monebat eam ne contristaretur, propediem enim futurum, vt Christus ipse visitaret eam & omnes contritiones eius sanaret. Dedit igitur se totam orationi ac contemplationi, cumque huic intentus esset: vidit paulo post, aduentantes Angelos ceu iuuenes fortissimos, atque alium crucem, alium lanceam, alium clauos, alios alia passionis Dominice insignia ferentes, seroque lectulo assistentes. Postea etiam Matrem Domini, cum Sanctis non paucis aduenire conspexit. Demum Christus ipse venit in forma speciosissimi pueruli, blandissime virginem aspiciens. Deinde in perfectum mutatus virum, instar crucifixi totus rubicundus & sanguinolentus apparuit. Eo spectaculo liquefacta, gratias agit quod se indignam ancillam, sic vilitate dignatus esset. Cumque ab eum parare rogauit eum: vt si verè esset is, in quem crederet, euidentis aliquod signum presentie suae relinqueret.

Mox ille in speciem formosae hostiae mutatus est, quae cum se aliquoties conuerteret, tandem constitit in munda mappa ibi posita. Erat hostia illa, nec tam parua

DE SAC. EVCHARISTIAE. 229

parua, vt sunt quæ plebi porriguntur; nec tam magna, vt eæ, quas accipiunt Sacerdotes sacrificantes. Radij autem eius extremam orbiculatim ambiabant: intus habebat Crucifixi effigiem cum cruentis vulneribus. In latere vno speciatim hærebat supernè gutta vna pisi dimidij magnitudine. Hanc denique admirabilem hostiam, cum à se ipsa sumere ausa non esset, accersiri iussit Parochum, qui sacram Communionem ei denegauerat, atque ex illius manibus eam sumpsit, & ex eius sumptione in anima & spiritu magnam sensit delectationem.

DOCUMENTVM.

Flli, si Christo non placeret frequens communio, non hisce miraculis eam comprobasset, nec ipse sacram communionem, pie illam desiderantibus, porrexisset. Hoc tantum age, vt diligenter ad illius sumptionem te prepares, quo salutiferos effectus suos in te operetur.

Orabis pro his qui iustitiam administrant, tam in sæculari quam in Ecclesiastico statu, vt rectè iudicent.

EXERCITIUM XXXIV.

*Sanctissimum hoc Sacramentum
optimum esse remedium in
omnibus malis & mise-
rijs nostris.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE fidelis Christi-
ane, hominis conditionē, & inveni-
es verissimum esse, quod S. Iob ait: *Brevi vi-
uente tempore, repletur multis miserijs, & nunquam
in eodem statu permanet.* Quare nili iuuent,
semper de malo in peius ruit; quia degit in
exilio, & tribus potentissimis hostibus cir-
cumdatus est.

2. **C**ONSIDERA mala animæ, cu-
iusmodi sunt inordinatæ passiones, quæ
ita eam oppugnant, ut nullam ei quietem
permittant. Adde, quod à seipsa eas super-
rare non valeat, propter potentiarum
imbecillitatem & mentis ignorantiam.

3. **E**XPENDE tecum miseras corpo-
ris, uti sunt sensuum ad malum propensio,
continuae infirmitates, esse calori & frigi-
gori obnoxium, necessitas bibendi, man-
ducandi,

ducandi, & dormiendi, quæ omnia tanto amplius hominem affligunt, quanto minus eis prouidere potest.

4. CONSIDERA cælestem nostrum medicum IESUM Christum, salutari sanctissimi huius Sacramenti medicina omnibus his malis prouidisse: quia homo per gratiam & alia dona cælestia, quæ sacramentum hoc impertit, spiritualis redditus, non difficulter, virtute sola roboratus, omnia hæc mala vincit.

5. REVOLVE tecum, Sacrosanctæ Eucharistiæ remedium, non modò mala præsentia tollere, sed etiam futuris prodesse: quia sic roborat animam & potentias illius confirmat, vt facili negotio cunctis hostibus resistent.

COLLOQVIVM.

NE mireris Anima mea, quod *magnus de celo venit medicus, quia magnus in terra iacebat egrotus*, Ne mireris adhæc, quod tam insignem & efficacem medicinam, nempe sanctissimum Altaris Sacramentum ordinauerit, quia tanta & tam graua erant mala nostra, vt tali medela opus haberent. O nos pauperes & infelices, nisi DEI filius opem nobis tulisset. O Adame, graua fuerunt vulnera, quæ

quæ accepimus, quando in Paradiso à serpente superatus fuisti, cuius venenum, quod fuit peccatum, ita corripit & infect animæ nostræ potentias, ut cælesti medico & diuina medicina pro toxico hoc tollendo, nobis opus fuerit. Domine confiteor me esse quandam miseriarum abyssum: quocunque enim me verto, miseras inuenio: si natiuitatem meam considero, peccati originalis labe contraminatum me esse reperio. Si vitæ meæ progressum inspicio, tot laqueos & pericula cerno, ut cum Apostolo exclamare cogar. *Infelix ego homo, qui me liberabit de corpore mortis huius: miserum me, quia video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati.* Quis me tot offendiculis & præcipitijs eripiet? Si denique ad finem meum oculos conuerto, nihil nisi miseras inuenio: quia qualis mihi fors post hanc vitam obuentura sit ignorans, de salute mea dubius sum: hæc autem anxietas, quid est aliud quam miseria? Misericordissime Domine, vides iam me esse miseriarum abyssum. Pie DEVS nosti, quod *abyssus abyssum inuocat.*

Te igitur abyssum potentia, te abyssum sapientia, te abyssum bonitatis inuoco, tu solus mihi optulari potes: tua gratia mihi necessaria.

necessaria est. Dic mihi, o Vas electionis, in quo spem tuam collocatam habebas, qui te posset liberare de corpore mortis huius? Respondebis, gratia Dei per IESVM Christum. Domine, nihil aliud quero, aliam nolo medicinam pro malorum meorum curatione, quam sacrosanctam Eucharistiam, id est bonam gratiam: hæc sit mihi propitia, & saluus ero: hac impleatur cor meum, & miseriæ veteris Adami evanescent. Anima mea si falli non vis, noli aliud cogitare. Diuitiæ quia spinæ sunt, aculeis suis te pungere possunt, non remedium dare. A mundo nihil expectare potes, quam occupationes & distractiones. Vita hæc torralis & fastidijs abundat, ut merito appelletur miseria. Ipsa autem si miseria est, quomodo aliorum miserijs auxiliabitur? Eia Anima mea, manifestamus miserijs nostras IESV Christo, veluti pauperes, qui ut alios ad commiserationem permoueant, vulnera sua detegunt & ostendunt: quia ille nobis opem feret.

ORATIO.

Plissime Domine IESV Christe, qui vulnera mea a probè cognoscis, te oro, & obtestor, dignare illa inungere gratia tua, ut
sanatus;

sanatus, sine periculo viam mandatorū tuorū perambulare, & ad felicem eius terminum pervenire valeam. Amen.

MIRACVLA.

S. Gregor. *lib. 3 Dialog. cap. 3.* refert. S. Agapito S. Romanæ Ecclesiæ Pontifici, dum ad Iustinianum Imperatorem proficisceretur, in Græciæ partibus, oblatum fuisse curandum, mutum & claudum, qui neque vlla verba edere, neque de terra vnquam surgere valebat. Cumque hunc propinquius illius flentes obtulissent, vir Domini sollicitè requisivit, an curationis illius habere fidem. Cui cum in virtute DEI, ex auctoritate Petri, fixam salutis illius spem habere se dicerent; protinus venerandus vir orationi incubuit, & Missarum solennia exorsus, sacrificium in conspectu DEI omnipotentis immolavit. Quo peracto ab altari exiens, claudi manum tenuit, atque assistente & aspiciente populo, eum motu à terra proprijs gressibus erexit. Cumque ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua soluta est. Mirati omnes, flere præ gaudio ceperunt, eorumque mentes ilico metus & reuerentia inuasit: cum videlicet cernerent, quid

Agapitus

Agapitus in virtute Domini ex adiutorio
Petrī facere potuisset.

Mediolani mulier quædam, cuius in pe-
dore impurus dæmon annis pluribus sedē
fixerat, eamque ita suffocauerat vt aurium
& oculorum ac linguæ officio priuata,
frendens dentibus, monstrum verius quam
fœminam referret, ad S. Bernardum addu-
cta fuit. At vir sanctus, vt eam adspexit, cō-
uersus ad populum cuius innumera aderat
multitudo, vt votis precibusque attentius
incumberent iussit, ipse verò ad immolati-
onem hostiæ salutaris accessit. Cum ad o-
rationem Dominicam ventum esset, ipse
sacrum Christi corpus patenæ impositum
mulieris capiti superponens ait: Adest ini-
que spiritus, Iudex tuus, adest summa pote-
tas, iam resiste si potes. In huius Maiestatis
terribili potestate tibi spiritus maligne
præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens,
deinceps eam contingere non præsumas.
O rem stupendam, confestim Dæmon
fœminam reliquit, & viuifica mysteria
quantæ sint virtutis, fuga ostendere coactus
fuit. Hæc in vita S. Bernard, *lib. 2. cap. 3.*

DOCUMENTVM.

Flli, quandoquidem tam multa praesentis vitae & arumnosi huius exilij miseria sunt, da operam vt protectorem aliquem ab hisce miserijs omnino liberum, ad quem confugere possis, nanciscaris: nemo autem melior, quam sanctissimum hoc Sacramentum, ad quod si magna cum fiducia & pijs precibus confugeris, illius opem ac virtutem senties.

Orabis pro claudis, paralyticis, alijsque incurabilibus morbis laborantibus, vt DEVS illis robur & patientiam largiatur.

EXERCITIVM XXXV.

In illa verba. Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum.

PVNCTA MEDITATIONIS.

i. **C**ONTEMPLARE pie Christiane, Angelorum panem esse DEVM, cuius visione ac fruitione Angeli beatificantur: appellatur autem panis, quia quem admodum noster panis vitam conseruat corpori.

DE SAC. EVCHARISTIAE. 237

corporalem, ita hæc visio vitam in illis beatam conferuat.

2. CONSIDERA singulare illud beneficium quo te DEVS afficit, cibando te pane Angelorum in hoc exilio, vbi è Paradiso exterminatus, panem terrenum *in sudore vultus tui* manducare cogaris.

3. EXPENDE tecum, panem hunc Angelicum non modo favorem, sed etiam magna comoda secum adferre, quia dignè manducatus, vitæ æternæ causa nobis est, iuxta illud Saluatoris. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.*

4. CONSIDERA Angelos non solū molestè non ferre, neque nobis invidere, quod illorum pane utamur, sed etiam vehementer inde lætari, conformando se DEIVoluntati, qui hunc panem nobis donavit.

5. REVOLE tecum, ad dignè manducandum panem Angelorum non sufficere qualemcunque præparationem, sed necessariam esse Angelicam puritatem: necessariam esse sanctam intentionem: necessariam esse flagrantem charitatem, hæc enim ratione, confert æternam ac beatam vitam.

COLLOQVIUM.

Non sufficit Domine lingua humana, ne Angelica quidem, ad beneficii huius, quod panem Angelorum volueris esse cibum nostrum, magnitudinem explicandam. Quæ enim comparatio filiorum Adæ ad cœlestes spiritus, ut eundem vtriusque cibum præbueris? Panis Angelorum, non est panis sudoris, quomodo igitur filiorum Adam cibus esse potest, quibus à DEO dictum fuit sententia irrevocabili, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*? Si panis hic in terra in quam primus parens noster eiectus fuit, ut sibi de victu manuum suarum labor provideret, factus non est, quomodo dicitur S. Ecclesia, illum esse cibum nostrum: O SS. Angeli, quantum intelligo, plus est quam panis: & si eum vestrum & nostrum Dominum esse dicerem, non fallerer. O panis cœlestis. O panis divine, quanquam DEVS & homo es, in sacra hostia latens, attamen quia de te Angeli in beata vita nutriuntur, & homines in spiritali vita sustentantur, idcirco S. Ecclesia te appellat panem Angelorum, & cibum hominum viatorum.

Gaudete sancti Peregrini, quia benignissimus IESVS itineri vestro providit de pane, qui nec longitudine temporis indu-
ratur,

DE SAC. EUCHARISTIAE. 239

tatur, nec aëris mutatione, aut habitatio-
num varietate corrumpitur, sed semper re-
cens & sapidus manet. O Adame longè
melior sors posteris tuis, Ecclesiæ Christi
filij, quam tibi obigit. Tuus enim panis
fuit panis laborum, panis lachrymarum,
panis fatigationum. Sed noster panis est
panis caelestis, panis lætitiæ, panis Ange-
lorum; tuus vitam tuam conseruabat, vt
terram posses excolere atque subigere: sed
noster vitam nostram sustentat & seruat, vt
caelestibus gaudijs perfrui valeamus. O pa-
nem benedictum: benedictum etiam illū
qui eo vescitur. Hic est panis ille de quo S.
Lucas ait: *Beatus qui manducat panem in Regno*
DEI. Quis enim alius hic panis esse potest,
quam sanctissimum Eucharistiæ Sacramē-
tum, quo fideles in Ecclesia, (quæ DEI
regnum appellatur, quia Christus in ea reg-
nat) reficiuntur? Verè beatus qui hunc panē
manducat, quia omnis alius panis de terra
est, & in terra manet. Sed Angelico huic
pani nihil commune est cum terra, subli-
mia petit, & veluti caelestis sumentem ad
cælum trahit.

Alius panis corpus, non cor implet, neq;
animam satiat: sed panis Angelorum quia
diuinus est, vera voluptate atque satietate
cor & animam replet. Benedictio tibi sit
Saluator

Saluator mi, quia, cum in sacra hostia verè
 contineris, cum Propheta amplius con-
 queri non possum, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ
 panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie
 est DEVS tuus.* Quia poterit mihi responde-
 ris **D E V M** meum in Altari, in sacra hostia
 præsentem esse. Eia ergo Anima mea, qui-
 doquidem cibus noster est panis Angelo-
 rum, vita etiam nostra sit Angelica; id autem
 vt fiat, necessarium est, vt omni terrena
 affectioni atque sensualitati renunciemus
 vitamque deinceps celestem potius quam
 humanam ducamus.

ORATIO.

A Mabilissime Domine IESV, qui pro
 panis Angelorum, & cibus noster esse volu-
 isti, te precor, largire mihi hanc gratiam,
 vt Angelici huius panis tanto desiderio
 flagrem, vt omnes alij huius vitæ cibi mihi
 inspidi reddantur, & in fastidium ver-
 tantur: adeoq; ex animo dicere valeam
 Panem nostrum quotidianum da nobis
 hodie. Amen.

MIRACVLA.

IN Vitis patrum, refert Abbas Georgius: In monasterio quodam fuisse miræ quidem abstinentiæ, sed magnæ simplicitatis senem: quia ubicunque locorum degeret, siue cum Catholicis siue cum hæreticis, cum illis communicabat, Quadam ergo die apparuit ei Angelus & dixit ad eum. Quando vita functus fueris ubi locorum te sepeliemus? Respondit senex se nescire. Monuit igitur Angelus eum ut hac de re secum cogitaret, se namque ad responsum accipiendum rediturum esse. Interea cum alio Senæ contulit, quid responsi ad hanc interrogationem redderet. Is percunctatus est ab eo, quo in loco panem Angelorum, siue sacram communionem acciperet. Respondit ille. Se omni in loco, in quo degeret, sacram communionem accipere consueuisse. Tum senex intellexit, quid sibi Angelus hac interrogatione voluisset; quare senem illum simplicem, adhortatus est, ut semper à Catholicis sacram communionem acciperet. Sic igitur instructus, Angelo reuertenti respondit: se more Hierosolymitanorum, hoc est more Catholicorum sepeliri velle: ac deinceps à Catholicis panem Angelorum semper accepit.

L

Anno

Anno 1453. inter Francos Sabaudianos & Piamontenses discordia ingens fuit exorta : ideoque locus quidam quem appellant *Suiglie*, hostium potestati atque direptioni traditus est. Sustulit inde quidam capsellam in qua panis Angelorum asseruatus consueuerat, eamque cum sacra hostia, quæ vnicam adhuc continebat, sarcinæ inclusam, mulæ imposuit. Mula Turinum ingressa, cum Ecclesiæ appropinquasset, ingenua procidit: & sarcina, nemine manuum admouente à se reserata, capsella exiliuit atque in aëre instar solis lucens pependit. Episcopus de hoc miraculo certior redditus, assumpto clero, solemni cum processione ad locum porrexit. Cumque ibi cum vniuerso populo orationi feruenter incuberet, ecce capsella descendit, sacra hostia in aëre manente, atque admirandum de splendorem diffundente. Iussit igitur Episcopus sacrum Calicem adferri, quo hostia supposito, illa miraculosè in calicem descendit, & magna cum solemnitate atque reuerentia, ad Ecclesiam cathedralem in numeris turbis præ deuotione lachrymantibus, eam comitantibus, delata & reposita est.

DOCUMENTVM.

Fili da operam, vt quotidie clarius cognoscas eum, qui in sacra hostia praesens est: sic enim maiori cum deuotione ac reuerentia illam honorabis, & eximioribus donis caelestibus ab ea impleberis.

Orabis pro illis qui capitalem sententiã subeunt, morti que à iudicibus adiudicantur, vt D^evs fortitudinem illis tribuat.

EXERCITIVM XXXVI.

In illa verba. Homo quidam fecit coenam magnam. *Luc.*

Cap. 14.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE fidelis Christi: Cane illa verba Apocalypf. *Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt.* Quia enim ille est Agnus qui tollit peccata mundi, à peccatis suis liberabuntur, & ex consequenti gratiam, quæ beatitudinis principium est, adipiscuntur.

2. **C**ONSIDERA Regē egrè tulisse, quod hi qui inuitati fuerant, nollet venire, ideoq; iratum fuisse: sic etiã D^evs moleste fert, & indignatur

L 2

indignatur

indignatur illis, qui plures facientes boni
terrena, quam hoc Sacramentum, ad sa-
cram communionem accedere neg-
gunt.

3. EXPENDE tecum, quem admodum
illi qui malè tractarunt seruos Regis, à quibus
ad cenam vocati fuerant, à Rege militi-
bus exercitibus deleti ac perditii sunt: ita que
que illis, qui contra eos, à quibus ad sacra-
communionem inuitantur, murmurant
euenturum esse: quia à DEO iuxta iniqui-
tatem suam aliquando seuerissimè puni-
entur.

4. CONSIDERA, ad sacram commu-
nionem accedendum esse cum veste nuptia-
li, hoc est cordis puritate, quæ sit charitati
ornata, & humilitatis pellibus tota suffu-
ta: Alioqui *ligati manibus & pedibus* proci-
deris in tenebras exteriores, *vbi erit stridor*
stridor dentium,

5. REVOLVE tecum, Agnum huius
quem in sacra hostia sumis, futurum ad
quando Iudicem tuum, atque omnes tuas
actiones iudicaturum esse: decere igitur
modò illum honores & deuotè suscipere
vt amanter illum tractando, propitium
necessitatibus tuis inuenias.

COLLOQVIVM.

Anima mea compone atque adorna
 te, sumus enim inuitati ad cœnam
 plusquam regiam, cœnam splendidissimã,
 cœnam diuinam. Qui nos inuitat, Domi-
 nus Maiestatis est. Audi quam ami-
 ca sint verba, quibus te vocat. Venite, in-
 quit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &
 ego reficiam vos.

Confortabit nos, reficiet nos, quæ sunt
 effectus & signa cibi, quem nobis præbi-
 turus est Beatus qui ad hanc cœnam inui-
 tatur: beatior qui ad eam pergit, eaque fru-
 itur, non enim id omnibus datum est: ne-
 que omnes inuitati ad eam accedunt. Be-
 nignissime Domine Ie'su, video maiesta-
 tem tuam non fecisse taliter omninationi. Vi-
 deo inuitationis huius excellẽtiam. Video
 cœnæ magnificentiam: aduerto vocatio-
 nis efficaciam: cognosco quanto cum affe-
 ctu me cœnæ facti Agni tui interesse cupi-
 as: nihilominus Domine sentio aliam legem
 in membris meis, repugnantem legi mentis mea.
 Vellem venire, sed affectionum terrenarũ
 carnifices me impediunt: occupationes
 villarum ita me distrahunt, vt me dicere
 compellat: *habe me excusatum*. Et quod peius
 est, luxuria audacter, & impudenter me dis-

cere cogit, *Nō possū venire.* Quę igitur erit patientia tua, si missis exercitiis, me nō continuo perdidideris, quemadmodum ingratitude mea promeretur? Non est enim dubium, me castigatione in anima & corpore dignum esse, quia in utroque in Agni cœnam me reficere & recreare volebas. Et quando exteriora hæc impedimenta cessarent, valde metuo, ne forsitan alia ibi futura sint interiora, quę maiori vi me post se trahant. Recordor Domine, quod antequam Apostolos ad sacram cœnam admitteres, pedes eorum laueris; quo indicasti, non esse ad mensam hanc cum luto & pulvere terrenarum affectionum accedendum. Si autem ita reuera est, quid ego qui cœnosos & imundos pedes habeo faciam? quo ibo ut me auferatur veteris Adam lulum, siccum iam & inueteratum? O Domine nisi tu factas manus tuas admoueris, ad sacram mensam tuam venire non potero, quia nulla creatura potest facere *mundum de immundo conceptum semine, nisi tu qui solus es.* Tu solus potes & scis quomodo id faciendum sit. Anima mea, Dominus charitate stimulatus, & humilitate sociatus, pedes tuos vult ablucere, sed opus tibi est aquam præparatam non frigidam sed igne calefactam. Domine cum Propheta Ieremia exclamaui. *Quis*

dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Et respondetur mihi; sumus in deserto, vbi non est aqua, neque pluuia. Ad te igitur benignissime Creator confugio, vt seruo tuo Moyfi imperes, vt baculo durā cordis mei petram percutiat, quo amore disruptum, abundantes aquas scaturiat, quæ ab oculis egredientes, & charitate feruentes, pectus, manus, & pedes meos abluant. O S. Magdalena, quæ saluari hac aqua abundasti, impetra mihi gratiam, vt oculos meos ad cognitionem meipsum aperiam, quo dolorosos vapores peccatorum meorum suscipiens, copiosa in oculis & corde meo pluuia generetur.

ORATIO.

TE deprecor benignissime IESU, aufer à me omnia quæ me prapediunt, ne ad sacram cœnam tuam venire possim: præcipue verò aufer à me, affectionem inordinatam ad quascunque creaturas, vt cor meum Creatori suo prorsus existens vnitum, quocunque vocatur, eo pergat. Amen.

MIRACVLA.

IN speculo exemplorum, *distinct. 3. cap. 55.* refertur. Laicum quendam valdè pium, religiosi cuiusdam Sacerdotis Missæ vt plurimum assistentem, solitum fuisse videre in Missa illius I E S V M Christum super altare stantem iuxta sacrum calicem, & de presbyteri huius deuotione, non aliter atq; de delicatissimo epulo gaudentem: & consecratione peracta, cum pacis osculum sumitur, sacerdotem hunc peramanter osculantem. Quam visionem presbytero huius nunquam manifestauit, ne inde forsitan in superbiam erigeretur. Post dies aliquot visio hæc ab oculis eius ablata est, vnde cognouit Sacerdotem gratiam hæc perdidisse. Noluit igitur, quod hactenus silentio presbyterat deinceps occultare, sed assumptis oribus presbytero, qualem & quantum gratiam perdidisset, aperuit; monens & obsecrans, vt si in peccatum aliquod lapsus fuisset, per confessionem & poenitentiam remedium, quamprimum illud dilueret, si forsitan gratiam amissam Seruatoris benignitate recipere mereretur. Consternatus Sacerdos se nullius lethalis peccati sibi conscium esse, sed nec in his quæ in quotidianis excessibus euenire possunt, conscientiam se

plus solito remordere respondit, hoc vno dūtaxat excepto, quod pauperis cuiusdam porcum horto suo, magna damna inferentem; postquam eum hac de re sæpè monuisset, nec quicquam se proficere animaduerteteret, interemisset: eique per satisfactionis humilitatem, reconciliatus non fuisset. Intellexit igitur propter solum hoc delictum, se hanc gratiam perdidisse, quo exemplo instruiamur, ad Christi mensam cū veste nuptiali, id est, vera cum charitate accedendum esse.

In eodem lib. cap. 35. narratur: fratrem quendam in sanctæ religionis obseruantia feruentem & sollicitum, cū aliquando Dominica die secundum consuetudinem ad sacram mensam accederet, atque Christi corpore se reficeret, talem sensisse suauitatem, vt fauum mellis dulcissimum per totam illam diem ore se continere putaret. Sequenti dominica die cum sacrosanctam Eucharistiam similiter percepisset, per cōtinuum triduum similem expertus est gratiam. Tertia vero Dominica, cū iterum celestem hanc alimoniam percepisset, tota hebdomada semel indultam suauitatem sentire promeruit.

A quo tempore semper suauitas illa maius augmentum sumere coepit. Accidit

autem vt aliquando, amicum quendam pro culpa sua obiurgans, iustæ reprehensionis mensuram excederet, nec tamen atquequam ad sacrosancta hæc mysteria sumenda accederet, exasperatam fratris conscientiam per satisfactionem lenire curaret. Vnde factum est, vt sacram hostiam sumens, pro mellea spiritualis suauitatis dulcedine, qua antea recreari consueuerat, os suum quasi felle & absynthio amaricari sentiret. Quocirca reatum suum ad memoriam reducens, & pro culpa minus discretæ increpationis humillima satisfactione pœnitentiam agens, amico suo confestim se reconciliauit.

DOCUMENTVM.

Fili, quandoquidem vides gratissimum esse DEO ad cœnam Dominicam pergere, noli esse surdus ad ipsius vocationem, ne tanquam ingratus puniaris: Accede autem caue ne cum proximi odio aut rancore ad eam te ingeras, alioqui, quemadmodum hi, suauis illa consolatione, qua Sacramentum hoc piè sumentes refecti, priuaberis.

Orabis pro illis qui inter sese discordant & rixantur, vt DEVS illis pacem & amorem largiatur.

EXERCITIVM XXXVII.

Sanctissimum hoc Sacramentum Arbori vitæ simile esse. Gen.

Cap. 2.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE Anima Christiana DEVM, quando cœlum & terram creavit, simul condidisse terrestrem Paradisum, hoc est locum quendam amoenissimum, multis arboribus consitum, cuius fructus aspectu pulcherrimi, & gustu suavissimi erant: idque ad hominis usum ac ministerium.

2. CONSIDERA in medio Paradisi, DEVM constituisse arborem vitæ, quam incredibile est, admirandę fuisse pulchritudinis, quandoquidem in optimo Paradisi loco collocata fuit.

3. EXPENDE tecum, Arboris huius fructus, virtutem habuisse vitam hominis: ita conservandi, & prolongandi, ut sine infirmitatibus, sine morte, sine molesta senectute, semper sanus, fortis & vegetus vitam traduceret.

4. CONSIDERA in medio Ecclesie, quæ est Paradisus salutis, à Christo institu-

tum fuisse Altaris Sacramentum, quod caetera Sacramenta, dignitate, atque perfectione antecellit.

5. REVOLVE tecum, Sacramenti huius fructum non modò conseruare vitam temporalem, sed etiam homini dignè illud sumentis, vitam æternam ac beatam in coelis conferre; quod arbor vitæ facere nequibat.

COLLOQVIUM.

NON ambigo Domine, hanc arborem vitæ admirabilem extitisse, cuius fructus tam potens & efficax fuit, vt vim haberet, vitam hominum, tam diu in sanitate conseruandi; quousque sine morte ad vitam cœlestem & sempiternam transferrentur. Nec illud me laet hanc arborem omnibus Adami filijs charissimam futuram fuisse, eo quod vitam, quæ est omnium quæ sunt in homine carissimum & desideratissimum, sine vlla senectutis molestia sustentasset. Sed hæc quid sunt, si cum pretioso hoc Sacramento conferantur, cuius virtus, arboris vitæ vires, longo interuallo superat. Vitam conseruare & meliorem non efficere parum prodest: facere vt quis longo vitæ tempore, & non vt DEO gratus acceptusque

DESAC. EYCHARISTIAE. 252

iusque sit, perexiguum est. Bonitas enim illa quæ in statu innocentiae in hominibus extitisset, non ab arbore vitæ, sed ab illius status proprietate extitisset. Ad hæc quod filij Adam sine morte in cælum ad beatam vitam translati fuissent, non id arboris vitæ effectui, sed diuinæ ordinationi acceptum referri debuisset. Sed augustissimum hoc Sacramentum, donis & gratijs quæ confert, nos meliores, sanctiores & Deo acceptiores reddit: vitam spiritualement, quæ corporea præstantior est, in nobis conseruat: & demum in Cælo vita immortalis ac beata nos imperit. Præterea arbor vitæ non iuuabat, nisi actu fructus eius manducarentur: at salutiferum hoc Sacramentum, non modò ei qui actu illud sumit, prodest: sed etiam illius desiderio flagranti, multa dona confert: quin & honorantem, & adorantem tantummodo non parum iuuat, & potentem virtutem. O potentiam liberalem quæ omnem nostram actionem, licet exiguam, ad honorem gloriosi huius Sacramenti peractum, tam copiosè remunerat. Quis non obstupescat audiens, interim dum venerabile Sacramentum in terra adoro, mihi coronam gloriæ crescere in Cælo. Verè Domine confiteor, quod *magnus es tu*, & in magnis & mirabilibus

operibus patrandis, *non est similis tui Domine.*
 Cæterum quæ comparatio potest esse alia
 inter arborem vitæ, & diuinum hoc Sacra-
 mentum, quam illa, quæ est inter creaturâ
 & Creatorē? si tamen inter illos potest esse
 aliqua cōparatio? O Adam hæc tua arbor
 non erat plusquam arbor, in terra plantata
 & è terra nascens: sed in hac sacra hostia
 verè continetur is, qui in Paradiso terrestri
 creauit hanc arborem, ei que admirabilem
 hanc virtutem contulit. Eia Anima mea
 surge, ad eam sacrum Altare, in quo cœ-
 lestis vitæ arbor est. Accedamus ad illam
 quia DEVS non constituit ibi Cherubim
 cum gladio flammeo & versatili, quem ad
 modum in terrestri Paradiso, vt custos esset
 arboris vitæ, ne Adamus reuertetur &
 manducaret de fructibus eius. Imo Crea-
 tor & Dominus Cherubinorum inuitat
 nos ad hanc arborem, & cupit nos ex illa
 sæpè vesci, quia voluit eam esse cibum no-
 strum;

ORATIO:

Agnosco Domine, me vitam à te habere.
 Are, tu mihi eam impertitus es, eam-
 demq; conseruas: concede ergo mihi hæc
 gratiam, vt eam tuis obsequijs totam im-
 pendam.

pendam: Da mihi spiritum tuum Seruator mi, vt sollicitior sim de bona, quam de longa vita. Amen.

MIRACVLA.

IN Chronicis S. Dominici narratur de S. Stephana de Soncino, eam cum aliquādo Missæ sacrificio interesset, vidisse in sacra hostia puerulum admirandæ pulchritudinis, à cuius facie procedebant radij coelestius penetrantes: simulque audiuisse cantus coelestes suauissimos. Quam gratiam DEVS illi concessit, propter victoriam, quam de Diabolo, qui eam in Sacramenti fide tentauerat, reportarat. Alio tempore Diabolus maximam in ea sitim nocturno tempore excitauit, vt bibens, sequenti festo die, communicare nequiret. Sed illa ne sacra communione fraudaretur, à potu se abstinauit: quare dæmon confusus abcessit, ipsa vero altero die in Sacra communione tanta voluptate delibuta fuit, vt in virtute huius arboris vitæ coelestis, quadraginta diebus sine vlllo alio cibo permanserit.

De sancto hbrulpho scribitur: cum iam decrepatus & infirmus esset, ira omnes cibos in fastidium ei versos fuisse, vt non modò illos videre non posset, sed nec audi-

re:

re quod nominarentur: Idem quadraginta septem diebus solo hoc Sacramento scilicet, quo tempore tales in se vires sentiebat, ut alijs magna cum efficacia, quasi delicatis cibis nutritus esset, prædicaret.

Cæsius *lib. 9. cap. 47. in hist. sua.* & Iac. de Voragine *de solemnitate corp. Christi*, referunt foeminam quandam ex multa deuotione sæpe solitam fuisse communicare: quæ quantò plus cœlestem cibum appetebat, tantò amplius corporalem fastidiebat. Quod ubi sensit, ex permissione sacerdotis sui singulis diebus Dominicis communicauit. Cui cibum ille vitalis tantam contulit fortitudinem, ut sine omni esurie corporali, proximam expectaret Dominicam: hoc multo tempore acitans, gratiam sibi collatam prædicto sacerdoti confessa est. Ille verò cum Episcopo loci rem tam mirabilem recitasset, timens Episcopus ne forsitan aliquid diabolicæ fallaciæ subisset, monuit eum, ut rei veritatem experiretur, & loco Domini corporis hostiam non consecratam ei porrigeret. Fecit ille ut iussus fuerat, moxque foemina factum ignorans, ut domum redijt, tam vehementer esurire cœpit, ut morituram se crederet, si non statim cibum sumeret. Currentis tamen prius ad Sacerdotem, & eandem faciem

DE SAC. EVCHARISTIAE. 287

mem peccatis suis imputans, pedibus eius se prostravit, & gratiam diuinitus collatam sibi subtractam, lachrymabiliter exposuit. Re intellecta, ingenti gaudio perfusus est, & DEO gratias egit, *qui facit mirabilia magna solus*: Deinde obtulit ei verum Christi corpus, cuius virtuti mox omnis esuries cessit, & gratia subtracta redijt. Episcopus etiam, cum de toto huius rei successu à prædicto Sacerdote certior redditus esset, DEVM glorificauit.

DOCUMENTVM.

Fili, multa egerunt Sancti, ex speciali inspiratione spiritus sancti, quæ referuntur non ad imitandum, sed ad admirandum, & laudandum DEVM, qualia sunt hæc quæ iam retulimus. Tutandum da operam, vt pia cum mentis deuotione, præciosum hoc Sacramentum sumas, quia plurimum placebis DEO, etiamsi miranda hæc minimè facias.

Orabis pro pauperibus infirmis, qui nõ habent, vnde suæ infirmitati commodè prouidere possint, vt DEVS gratia sua illis opifuletur.

EXER-

EXERCITIVM XXXVIII.

In illa S. Ecclesie verba. O Salutaris Hostia, quæ Coeli pan-dis ostium.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Carissime frater, peccatum inter alia mala hæc duo efficere: vnum est, quod mortem adfert Animæ: quia tollit ab ea gratiam, & charitatem, quæ vitam spiritualem ei conferunt. Atque hinc est, quod peccatum appellatur mortiferum: Anima etiam dicitur mori spiritualiter.

2. **C**ONSIDERA, alterum malum quod peccatum efficit esse: quod Cælum claudit peccatori, qui quoniam DEO peccatum rebellat, ius regni Cœlestis amittit: ideo quæ hæc hæreditate exclusus, Cœlorum portæ meritò illi obserantur.

3. **E**XPENDERE tecum, sanctissimum hoc Sacramentum inter alia commoda, duo bona, duobus hæc malis opposita, secum adferre. Quorum prius est, quod Animæ salutem tribuat: non aliter atque cibibus corporeis salutem & sanitatem corpori impertit: ideo quæ rectè de illo canit Ecclesia.

clesia, *O salutaris hostia*: quia nimirum salutē confert.

4. **CONSIDERA** alterum salutaris huius hostiæ bonum esse, quod Cœlum referet: quia dum gratiam Animæ largitur, simul etiam ius ad Cœlestem hæreditatem illi tribuit: ideoque rectè de illa dicitur, *Quæ Celi pandit ostium*.

5. **REVOLVE** tecum, quia homo in hac vita nihil maius & eximius sperare potest, quam esse in gratia DEI, & Cœli ianuam habere apertam: magna in æstimatione habendam illi esse salutarem, hanc hostiam, à qua vtrunque dependet.

COLLOQVIVM.

Domine non parvus est hic fauor, quod nobis Sacramentum tale impertiueris, quod Cœli ianuam nobis referet: Verum Anima mea, quid prodest ianuam habere apertam, nisi etiam epistolas habeamus cōmendatitias, ut expeditus per eam nobis detur ingressus? Sed quis eas literas nobis largietur? Quis ad hoc aptior, quam DEI filius, qui in Sacra hostia præsens est? Anima mea bono sis animo, quia huius salutiferi Sacramenti ope adiuti, poterimus securi cōpergere, quia nulla erit
adi

ad ingrediendum difficultas futura. Ceterum adverte, ingrediendum esse per angustam portam: quare si te in superbiam erigis, aut nimium terrenis rebus oneras, non poteris per eam intrare: quia Saluator ait *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum Caelorum.* Opus est ergo ut simus instar paruulorum, humiles & mansueti: hae duae conditiones si in literis nostris inuentae non fuerint, foris manere cogemur: idemque is qui in sacra Hostia praesens est, exclamat: *Discite, inquit, a me quia mitis sum, & humilis corde.* Qui non didicerit mansuetudinis & humilitatis lectionem, non poterit appellari discipulus huius Magistri: qui autem non fuerit discipulus eius, eò, ubi ille manet, pertingere non valebit. Eia anima mea, habeamus pro nobis salutarem hanc Hostiam, sic enim fieri non poterit ut repellamur: quia cum illa sit aeternae gloriae pignus, propter illam necessario admittemur. O Pater aeternae, tu donasti Ecclesiae militanti, pretiosum hoc pignus obedientissimi Filij tui, ut deuictis & superatis inimicis, ille nobis caelorum portas reseraret, ut eas ingrederemur, ibique triumpharem.

O benedicte IESU tu es ostium. Ecce Pater caelestis, Filium tuum. Aperit ergo nobis

nobis, cœli ianuam, & vt eam ingrediamur
 permitte. Anima mea futurine sperabas,
 tali beneficio decorari, quod Dominus v-
 niuersi, post promissionem Regni cœlorū,
 largiretur nobis in terra vnigenitum Fili-
 um suum pignoris & ostij vice? O liberali-
 tatem inauditam. O Domine apud nos
 moris est, vt qui pignus dat, aliud quid pro
 pignore accipiat. Sed tu sine vllius rei à
 nobis receptione, dedisti nobis pignus im-
 mensi valoris, vt postea nobis impertires
 gloriæ coronam in Cœlis. Noua est Domi-
 ne, hæc contrahendi methodus. Beati qui
 tecum hoc pacto negotiantur & contra-
 hunt.

ORATIO.

Misericordissime DEVS, quemadmo-
 dum tibi placuit me propter regnū
 cœlorum creare: quemadmodum adhuc
 omnes homines saluos fieri desideras: ita
 etiam placeat tibi hanc mihi gratiam im-
 pertiri, vt Sacramento huic, quod in salu-
 tis meæ pignus mihi tribuisti, addictissimus
 sim. Fac Domine, vt illud reuerenter in
 terris honorem, vt ab eo mihi ianua rese-
 retur in cœlis. Amen.

MIRA-

MIRACVLA.

Vetus fuit consuetudo Constantino-
 poli, vt quando multæ particulæ pu-
 ri & immaculati corporis Christi Dei no-
 stri superessent, pueri impuberes, qui scho-
 las frequentabant, accerserentur, easque
 manducarent. Quodam igitur tempore, cū
 hoc fieret, filius cuiusdam hominis, He-
 bræi quidem opinione, arte autem Vitru-
 arii, vna cum pueris versatus, sacrorumque
 mysteriorum, particeps effectus est. Cum
 que longiorem ibi moram traxisset, pa-
 rentibus ab eo causam percunctantibus,
 respondit vti res se habuit, seque cum alijs
 pueris pariter cōmedisse ait. Hebræus pa-
 ter, bile, furore & iracundia inflammatus,
 in clibanum ardentem, in quo vitrum for-
 mare solebat, puerum conijcit. Postquam
 verò mater puerum quæritans, reperire
 non potuit, passim per totam urbem ibat,
 DEVM cum gemitu obtestans, & flebili-
 bus lamentis se dedens. Triduo autem post
 ad ostium officinæ viri sui, consistens, lu-
 ctu miserabiliter diuexata, nomine pue-
 rum compellat. Puer matris vocem vt ag-
 nouit, è clibano responsum dat. Mater et
 fractis foribus intrò irrumpit, videt puerum
 in medijs carbonibus candentibus consi-

6 Rentem,

DE SAC. EVCHARISTIAE. 263

stentem, illa sum ab ignis incendio. Qui cum rogaretur, quo pacto illaesus manserit: Mulier, inquit, veste amicta purpurea crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammis corpus ambientes extinguere cibum denique dedit, quoties esuriebam. Qua re ad Iustinianum Imperatorem perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingi iussit: patrem autem pueri, qui in numerum Christianorum adscribi recusauerat, in sycis cruci affigi curauit. Hæc Euagrius *lib. 4. cap. 35. hist. Eccles. & Nicepho. lib. 17. cap. 25.*

In Speculo Exempl. *dist. 7. cap. 39.* referatur. Patrem Iohannem de Aluernia cum quadam vice pro defunctis Missam celebraret, magno cum pietatis affectu, eas sanctissimo huic Sacramento commendasse, ut à Purgatorij pœnis illius virtute eximi mererentur. Placuit DEO tantopere hæc deuotio, ut eodem momento portæ Cœlorum referarentur, & magnus animarum numerus liberaretur, quas ipse in sublime volare, & cœlos ingredi conspiciebat.

DE SAC. EUCHARISTIAE. 265

in gratia DE I, hi verò in eiusdem offensa spiritum reddiderunt: magni igitur inter-est, benè vel malè ex hac vita egredi: ex eo enim vel æterna salus, vel sempiterna dam- natio nostra dependet.

3. EXPENDE tecum, benignissimū IESVM, quia non ignorabat, nostrum in hoc itinere conficiendo periculum, pro- vidisse nobis de cœlesti hoc viatico, ut per illud ad benè ac fœliciter id peragendum iuuaemur, & ab omnibus periculis exime- remur.

4. CONSIDERA, nihil tantoperè audaciam Dæmonum in mortis articulo comprimere, quàm sacram Communionem: quia in illa saluator noster, qui salu- tem nostram ardentissimè desiderat, præ- sens est, & nos contra malignorum spiri- tuum astus ac molitiones munit & robo- rat.

5. REVOLVE tecum, quod cum Christus sit *Via, veritas, & vita*, æger qui eū in sacra Hostia dignè suscipit, talem secum habens viæ comitem, securus esse possit, se à vera semita non aberraturum, nec vllis inimicorum fraudibus circumuenièdum, nec denique mortem æternam incursum esse.

COLLOQVIVM.

Saluator mi, nimiam de salute mea curam & sollicitudinem geris: sufficebat quod in vita plurima mihi media contulisses, quibus adiutus, in gratia tua viuere potuissem: sed non fuit eo contenta Charitas tua, que voluit mihi etiã in morte prouisum esse de diuino hoc viatico, quod mihi opem ferret, ad viam, inter hostes meos qui eam obsident, iterque meum impediunt, quærunt, faciendam. Sit tibi Domine millies ac millies laus & benedictio, quia *parasti in conspectu meo mensam aduersum eos, qui tribulant me.*

Salutifer hic cibus quem mihi pro hora præparasti, quando ad portas mortis appropinquauero, non modò me confortabit, sed etiam Dæmones, qui tum temptationibus me molestare conabuntur, perterrefaciet. Tum poterò cum Prophetis canere & dicere: *Benedictus sis Domine, qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem laudes tuas in portis Syon.* O bone IESU, quam amabilis & benignus es: quandoquidem satis tibi non est, me exaltare & vindicare de portis mortis, sed etiam vis, vt laudes tuas in Cælorum portis prædicem & decantem: quod aliud nihil est, quam beneficium

ficium beneficio cumulare.

Auerte nihilominus Anima mea, magnum illum Eremitam Hilarionem, postquam septuaginta annis in aspera poenitentia Deo seruiuisset, cum morti appropinquaret, de corpore exire, & ad aliam vitam transire trepidasse: hinc enim est quod animam suam sic alloquitur. *Egredere quid times? Egredere Anima mea quid dubitas? Septuaginta propè annis seruiuisti Christo, & mortem times. Quid facies Anima mea, quæ non uixisti in solitudine, uti Hilarion, nec sufficientem pro sceleribus tuis poenitentiam egisti? Modo est tempus ut tibi de rebus necessarijs prouideas, quandoquidem transeundum tibi est ad aliam vitam, ubi ignoras qualis tibi fors obuentura, vel ad quod receptaculum itura sis.*

Aspice quod etiam S. Mater Ecclesia sollicitissima sit in orando pro fidelium animabus, ut à periculis in altera vita post animæ redditionem occurrentibus liberentur: Nonnunquam orat ut eripiantur *de pena inferni, & de profundo lacu. Aliquando precatur: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadant in obscura tenebrarum loca.* Quandoque S. Michaeli Archangelo ceterisque beatis spiritibus eas commendant. At Anima mea diuinum hoc viaticum si
M 2 susceperis,

fufceperis, tecum habebis Angelorum Do-
minum, qui fecurè deducet te, ac fortiter
contra infernalium monftrorum infultus
& molitiones defendet. Probè nofti An-
ma mea, omnes viatores, maximam curam
habere viatici ad iter neceffarij: Quam
igitur charius debet tibi effe viaticum
hoc fpirituale, præfertim cum iter me-
dum, longum fit & periculofiffimum: que-
re vt tum illud deuotè pollis fufcipere,
operam, vt modò magna cum animi
uotione illud fumere confuefcas.

ORATIO.

Mifericordiffime DEVS, qui pro
dementia tua femper opem fers nece-
ffitatem patientibus, te obfecro, per vifcera
pietatis tua, vt in mortis mea articulo
non deferas, ne lupis infernalibus præ-
efficiar: fed libera me ab inferni pericu-
lis, vt in caelefti Hierofolyma, laudem tuam
as in facula faculorum decantem.

MIRACVLA.

Scribit Surius die 29. Decemb. cap. 4. de
 SS Ebrulpho, cum ei relatum esset Fra-
 trem Ansbertum sibi amicissimum, ex hac
 vita sine sacra Communione discessisse,
 vehementer contristatum esse: erat enim
 Sacramento huic deuotissimus, & quantā
 in articulo mortis opem homini submini-
 straret, non ignorabat: Infremuit ergo spi-
 ritus, oransque & lachrymans venit ad le-
 ctum eius, aitque ad defunctum: Eheu fra-
 ter, cur abiisti sine Communione? Cur tan-
 to bono defraudatus es? Cumque hoc pa-
 tō interiorē animi dolorē exprimeret,
 Dāvs vt illum consolaretur, animam
 fratris defuncti ad corpus redire iussit. Ape-
 riens igitur oculos, quasi ā somno exper-
 gefactus, Tū, inquit, es Dōmine qui me vo-
 cas. Vir sanctus respondit: Ego sum: sed die
 mihi vbi interim fueris, & quid videris. Et
 ille. Reuocasti me, inquit, ā labore itineris,
 quo me cruciabat aduersarius. Et vir san-
 ctus. Vis ait, Eucharistiam accipere? Respō-
 dit: Volo. Cumque corpus & sanguinem
 Domini accepisset, rursus pacis somno
 obdormiuit.

sanctus Ambrosius morti vicinus, sum-
 moperē sacrum hoc viaticum desiderabat,
 M 3. sed

sed quia loquelam perdiderat, cordis sui desiderium explicare nequibat. De v's autem nocte illa S. Honorato Episcopo Vercellensi tertio apparuit, monuitque illum ut pergeret ad porrigendum Ambrosio seruo suo, salutare viaticum. S. Ambrosius sacrosanctum Christi corpus cernens, in spiritu exultavit, & magna cum animi deuotione illud sumpsit.

De S. Hieronymo scribitur, eum paulo antequam moreretur, sacrum viaticum postulasse, allatumque genibus in terra sacro instrata flexis, multis cum lachrymis suscepisse.

DOCUMENTVM.

Hinc potes cognoscere fili, quantum tibi sanctum hoc viaticum, quoad alteram vitam profuturum sit. Verum ut in morte digne illud sumere possis, opus est, ut modo ei addictissimus sis, & saepe ex pia cordis affectione, sumere consuecas.

Orabis pro agonizantibus, ut ad foelicet ex hac vita egressum De v's illis in fide firmitatem, & de peccatis contritionem largiatur.

EXERCITIUM XXX.

Sanctissimum hoc Sacramentum non tantum viuis sed etiam defunctis prodesse.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE serue DEI, factæ huius hostiæ virtutem hac vitâ non terminari, sed etiam in alteram vitam se extendere: quia Christus, qui in ea reuera præsens est, non tantum in hac, verum etiâ in altera vita dominatur: & illi inclinant se omnes creaturæ, in Cœlo, terra & inferno.

2. **C**ONSIDERA, omnes illos, qui in diuina gratia moriuntur, & pro peccatis suis in hac vita nondum plenè satisfecerunt, etiam si ea confessi fuerint, in altera vita in Purgatorij pœnis id luituros esse: cuius ignis, quia cum Inferni igne idem est, purgando incredibiliter cruciat animas.

3. **E**XPENDE tecum, Purgatorij pœnas tam graues & acerbis esse, vt omnes præsentis vitæ pœnas longè superent. Imo vii quidam SS. Doctores aiunt: Minima Purgatorij pœna, plus quam quælibet huius

ius vitæ pœna cruciat: ac proinde maluerit electi annis multis in maximis huius vitæ afflictionibus & cruciatibus persistere, quam vel uno aut duobus diebus in Purgatorio.

4. **CONSIDERA**, Animas in Purgatorio constitutas; dum vident se à Cœlesti gloria retardari, propter negligentiam in peccatis per pœnitentiæ opera expiandis, admissam, vehementer affligi. Hæc autem pœna quam pœnam damni vocant, maior est illo cruciatu quem ab igne patiuntur: ob ingens desiderium quo tenentur, videntur

DEVM.

5. **REVOLVE** tecum, Sacrosanctam hanc Hostiam, posse liberare ab omnibus his pœnis & angustiis: quia pro animabus in Purgatorio detentis oblata, ad luendam peccatorum debita illis opitulatur: Atque inde fit, quod multæ animæ sanctissimi huius Sacramenti virtute à pœnis illis exemptæ, ad regna Cœlorum euehlent.

COLLOQVIVM.

Iuste meritoque Domine in altera vita animaduertis in delinquentes, qui in hac vita puniti non sunt: quia quemadmodum misericordia vult, nullum bonum esse

sine remuneratione: ita iustitia postulat, ut nullum peccatum sit sine debita punitione. Considera paulisper Anima mea, quā bene ordinatum sit regnum supremi Domini. Pro amicis & charis seruis suis præparauit in altera vita Cælum Empireum, quo illos ad perpetuam consolationem suscipit: hic vestit illos gloria, hic exultare & iubilare illos facit, tantaque voluptate replet, ut nihil sit, quod ultra desiderare possint. Pro rebellibus autem & sceleratis hostibus suis, inferni carcerem habet, in quem infelicissimos hos ad sempiterna tormenta compingit.

Pro illis verò qui adhuc debitores sunt, eo quod in hac vita pro pœnis peccatorum suorum quas debebant, non satisfecerunt, habet veluti ciuilem quendam carcerem, in quo eorum animæ detinentur, quousque debita sua exoluant. Considera modo, Anima mea, amorem Christi IESU sapientiam, qua ad animas ex hoc ciuili carcere liberandas vitur: constituit enim, ut quotiescunque sibi sacra Hostia offertur, illis pro sit ad liberationem, & nonnunquam applicat illis satisfactionem suam, qua illas ad debitorum suorum solutionem adiuuat. O amorem eximium. O singularē IESU Christi fauorem, quo viui ac mor-

tui iuamur. O Sacerdotes. O serui Dei,
 qui vestro ministerio, ad opus hoc maximi
 momenti concurritis, vae vobis, si à negli-
 gentia superati, aut Charitate frigidi, non
 præparatis vos ad offerendum immacula-
 tum hoc sacrificium, cum feruore atque
 deuotione, ad indigentium harum anima-
 rum auxilium. Vae vobis si vitio vestro, ha-
 animæ damnnum passæ fuerint. *Eadem quæ
 pe mensura, qua mensifueritis, remetietur vobis.*
 Anima mea, si volumus vt alij nos defun-
 ctos adiuuent, opitulemur nos modo quã-
 tum possumus, Sacramenti huius frequen-
 tatione fideles defunctos. Audi quid sacra
 Scriptura dicat: *Sancta & salubris est cogitatio
 pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.*
 Benignissime Domine cuius potentia
 maxima, & bonitas immensa est: qui
 quamuis quodammodo in hoc Sacramen-
 to abscondus lateas, propter hoc tamen nullã
 neque potentia, neque bonitatis iacturam
 pateris: libera afflictas hasce animas tibi
 dilectas, & ex hac vita, cum vero peccatorũ
 suorum dolore egressas, è Purgatorij pennis.
 Et nos Anima mea, qui nondum terrenam
 vestem deposuimus, vt à IESV nouam
 gratiam consequamur, dicamus cum spon-
 sa illius. *Bone pastor panis verè, IESV nostri misse-
 re: Tu nos pasce, nos tuere: Tu nos bona fac munda.*

DE SAC. EVCHARISTIAE. 275

in terra viventium. Tu qui cuncta scis & vales, qui nos pascis hic mortales, tuos ibi commensales, coheredes & Sodales, fac sanctorum civium. Amen.

ORATIO.

Benignissime ac misericordissime DEVS, qui in conferendis beneficijs non fatigaris, aut fastidio corripere, hoc mihi singularis gratia loco impertire, vt ex hac vita in gratia tua discedam: hic enim vltimus fauor si mihi defuerit, nihil mihi proderit, omnia etiam pœnitentia opera, quæ Sancti in Cœlo regnantes egerunt, fecisse.

MIRACVLA.

Scribit de S. Nicolao Tolentino: illum postea quâ Sacerdotio initiatus esset, pro animabus in Purgatorio detentis, crebro sacrificium offerre consueuisse. Hæc autem deuotio ita grata & iucunda fuit animabus, vt in Exemo Vallimauensi, quæ iuxta Pisas est degens, in somno audiuerit spiritum quendam à cœteris missum, opem suam miserando valde

valdè eiulatu, pro se suisq; in pœnis socijs, flagitantem, rogantem que vt precibus suis ac Missæ sacrificio ipsis succurrere velit. Cui Vir sanctus respondit, se ad summum Sacrificium solenniter faciendum, hoc præsertim Dominico die, cuius officium mutare non licet, deputatum esse, ideoque Missam pro defunctis celebrare non posse. Tum ille duxit eum ad alteram Eremi partem, ostenditque illi promiscui sexus, diuersæ ætatis & ordinis in numeram multitudinem, lachrymabili admodum voce, eius preces & suffragia, ac Missarum præcipuè oblationes postulantes: monuit ergo eum vt videret, an iustè precibus tam miseræ multitudinis à qua missus esset, assensum negare posset. Euigilās autem Vir sanctus totus præ commiseratione lachrymis infusus, omnipium Saluatorem pro eis precatus est. Inde manè factò, Priorem adiens, visionem pro parte exposuit, petijtque vt bona ipsius venia, tota illa hebdomada pro defunctis Missas celebrare liceret. Annuit petitioni eius Prior, & alio in eius locum substituto, ipse animarum istarum patrocinium ex fide suscepit, bonamque illarum partem ex flammis purgatorijs liberauit.

In speculo exempl. dist. 5. exemp. 15. refer-
tur,

tu, Aegrum quēdam grauiſſimo languore anno integro, in lecto detentum, cum lachrymis rogaffe Dominum, vt tantis doloribus per mortem finem imponeret. Nec mora. Mittitur ad eum Angelus qui optionem ei det, vt ex duobus his quod mauult eligat. vel integro adhuc anno eodem dolores perpeti, & sine purgatorio ad coelum euolare: vel tribus diebus purgatorij poenas ſuſtinere. Eligit ille poſterius. Mortuus eſt igitur, & anima illius ad Purgatorij delata: Vno die exacto, apparuit ei Angelus, & interrogauit quomodo ſe haberet. Tū anima cū ipſo expoſtulare coepit, quod putaret ſibi iniuriam fieri, ſequē non tribus duntaxat diebus, vti conuentum erat, ſed aliquot iam annis in purgatorijs flammis extitiſſe. Angelus reſpondit: Non temporis mora, ſed ineffabili tortura decepta eſt: quia non niſi vnum diem de tribus in Purgatorio exegiſti: attamen ſi adhuc retractare volueris, Dominus tui miſereatur, vt ad corpus tuum, quod nondum ſepultum eſt, reporteris, & per annum integrum, languorem, quem experta eſ patiaris. Cui Anima. Annuo, inquit, vt non per annum tantum, ſed vſque in finem mundi, languore etiam deteniatur acriori. Hoc

dicto, Anima relata fuit ad corpus, & per annum in lāguore detenta, multos quibus hæc retulit, ad pœnitentiam animavit, & post integrum annum iteratò defuncta, tranſijt ad superna.

DOCUMENTVM.

Fili, noli satisfactionem quam in hac vita facere potes, prorogare in alteram vitam. Alio qui pœnitebis aliquando, quia multò maiora tormenta illic tibi toleranda erunt, quam hic. Noli putare quod alij opem anime tue laturi ſint: ne quemadmodum plures alij, decipiaris.

Orabis pro defunctis qui specialia non habent suffragia.

273
QVADRAGINTA
PVNCTA

De Dominica Passione, pro illis: quibus in
oratione quadraginta horarum magis
placet circa Christi passionem,
quam circa Venerabile
Sacramentum oc-
cupari

PVNCT. I. CONTEMPLARE quo-
modo IESVS antequam acerbam
passionem suam auspicaretur, à Matre sua
abeundi facultatem postulauerit, eique
tempus passionis suæ iam adesse proposu-
erit. Qui nuncius non aliter atque acutissi-
ma sagitta cor B. Virginis ita confixit, vt
tota in lachrymas intusa, hoc solum pro-
ferre potuerit: se libentissimè pro illo aut
cum illo, si hoc DEO Patri placeret, mori-
turam.

2. CONSIDERA, quomodo Christus
absoluta cœna, in qua Apostolorum suo-
rum, imo & Iudæ proditoris sui pedes la-
uerat: cum moestis discipulis suis ad hortum
Gethsemani concesserit, ibique seorsum
abductis Petro, Iacobo & Ioanni, orationi
se totum tradiderit.

3. ASPICE afflictissimum IESVM,
cui dum in terra prostratus Patrem oraret,
apparuit

apparuit Angelus confortans eum : sed ille acerbissima tormenta que toleraturus erat, præcogitans, factus in agonia, sanguinem toto corpore sudavit.

4. **EXPENDE** tecum, quomodo Christus, cum Iudam, armatis militibus comitatum, sui capiendi causa appropinquare cerneret, tres discipulos suos excitauerit, turbæ obuiam processerit, à Iudæ osculari passus fuerit, omnesq; vno verbo ad terram prostrauerit.

5. **CONSIDERA**, quomodo facultate surgendi illis data, capiendū & vinciendū se illis obtulerit : & quomodo illi prioris iniuriæ memores, tanto cum furore illum aggressi sunt, vt totidem feroces lupi mansuetum Agnum circumdedisse viderentur : hic eum barba, ille capillis trahebat, alius ad terrā prosternebat, alius alijs eum iniurijs afficiebat.

6. **CONTEMPLARE** quomodo Apostoli omnes fugam inierint, relicto eo in manibus Iudæorum hostium suorum : qui posteaquam benè illum contudissent, artus eum vinculis ligarunt, reliquæ collo eius circumiecta, magnis cum clamoribus, vti malefactorem ad ciuitatem Hierosolymitanam pertraxerunt.

7. **REVOLVE** tecum, quam iniuriisè

per viam illum tractauerint: quanta cum immanitate ac ferocia illum percusserint: ille verò de tantis iniurijs nihil conquerens, immobilis ad eorum ictus & verbera manebat: omnia patienter pro nostri amore ac merito tolerans.

8. **ATTENDE** quomodo **IESVM** instar latronis vinctum ad Annam Pontificem duxerint, vbi cum interrogatus de doctrina sua, illos qui eam audierant testimonium de illa perhibere posse respondisset, quidam sceleratus minister, insignem ei alapam impexit.

9. **CONSIDERA**, quomodo **IESVS** ab Anna ad Caipham, non minoribus cum percussibus, iniurijs & vexationibus ductus fuerit. Vbi cum adiuraretur an **DEI** Filius esset, cum responderet se esse, Caiphæ disruptis vestimentis, eum blasphemasse pronunciauit.

10. **CONTEMPLARE**, quomodo ex his Caiphæ verbis, scelerati satellites moti, coeperint Christo impingere alapas, oculos eius obuelare, faciem consputare, multisque indignis modis eum veluti blasphemum, vtpote qui se **DEI** Filium faceret, cruciare.

11. **EXPENDE** tecum, quomodo **IESVS** deinde ad tribunal Pilati pertractus fuit.

fuit, instantibus & perurgentibus Iudæis ut morti adiudicaretur. Sed Pilatus cum nihil in Christo morte dignum inueniret, illumque Galilæum esse intelligeret, misit eum ad Herodem Galilææ præsidem.

12. **REVOLVE** quomodo **IESVS** dum ad pallatium Herodis, vi reus & malefactor duceretur, ab omni hominum genere derisus & ludibrio habitus fuerit.

13. **ASPICE**, quomodo Herodes Christum conspiciens, valdè gauisus fuerit; audierat enim multa & magna de illo, & cupiebat ab illo miraculum aliquod cernere. Sed Christus, hanc meram esse Herodis curiositatem intelligens, non respondit ei ad interrogata verbum.

14. **CONTEMPLARE** quomodo Herodes Christi taciturnitatem conspiciens, stultum & mentis impotem illum esse censuit, ideoque cum militibus suis eum derisui habuit, ac denique alba veste indutum ad Pilatum remisit.

15. **CONSIDERA** quomodo Christus veste derisoria indutus, per vrbes plateas denuo ab omnibus irrisus fuerit.

Sed

Sed Christus Seruator noster DEI Patris æterna sapientia , nostri amore à vilissimis hominibus ludibrio haberi, & stultus existimari non erubuit.

16. EXPENDE tecum , quomodo Pilatus , cùm nullum in Christo crimen morte dignum reperiret , eum liberare tentauerit : & quia quotannis vnum eis vincitum donare consueuerat , populo proposuerit, vtrum liberari vellent, Barrabam Latronem & homicidam , an verò IESVM.

17. REVOLVE tecum , quomodo ingratus populus à malignis Scribis & Phariseis inductus , magna voce à Pilato postulauerit Barrabam dimitti, IESVM verò morti tradi. De quo Pilatus obstupuit , qui certò existimabat , quod potius postulaturi essent Christum , à quo plurima beneficia acceperant.

18. CONTEMPLARE quanta Christo fuerit afflictio , quando vidit pluris æstimari Barrabam hominem sediciosum & homicidam , quam sequantam etiam angustiam senserit , non tam de sua vilipensione , quam de ingenti.

ingenti peccato, quod tum commiserunt ingrati Iudæi.

19. **CONSIDERA**, quomodo Pilatus ab vna parte videns Iudæorum pro Christi morte instantiam, ex altera vero eiusdem Christi innocentiam, vt liberaret eum, iussit illum flagellis cœdi, persuadens sibi, se hac ratione Iudæorum crudeles animos mitigaturum.

20. **EXPENDE** tecum, quomodo Scribæ & Pharisæi animadvertentes Pilatū post flagellationem Christum, dimittere statuisse: persuaserint carnificibus, vt eum tam immaniter flagellis lacerarent, quo sub flagellis animam redderet.

21. **REVOLVE** tecum, quomodo mæfuctissimus **IESVS** à crudelibus ministris immani cum furore, vestibus spoliatus, deinde ad columnam veluti bestia, ligatus fuerit, vbi ita in corpus eius flagellis delinuerunt, vt copiosum vndeque sanguinem stillaret, & ipsos etiam muros sanguine tingeret.

22. **CONTEMPLARE** quomodo afflictus **IESVS** à columna solutus, vestimenta sua dispersa collegerit, seque induerit, putans aliquam sibi ex flagellatione fatigato, requiem indulgendam: Sed ecce milites denuo accurrentes, cum festinan-

ter vestimentis spoliarunt, vt nouo cum tormenti genere cruciarent.

23. **C O N S I D E R A** quomodo insolētes illi satellites, vt Christum irridere, purpura eum circumdederint, caput spinea corona cinxerint, manibus arundinem sceptri vice inseruerint: sicque de vero Rege gloria, Regem ludicrum effecerint.

24. **E X P E N D E** tecum, quomodo Christum federe compulsum, viles illi ministri & impij satellites, genibus flexis vt Regem Iudaeorum, irrisorie salutauerint, faciem conspuerint, alapas infregerint, & arundine caput illius, vt corona spinea profundius infingeretur, percusserint.

25. **R E V O L V E** tecum, quomodo Pilatus conspiciens Christum tam malè habitum, cuius videlicet caput esset spinis foratum, facies sputis deformata, & ex percussibus tumida, corpus totum luidum & sanguinolentum, exhibuerit eum populo, vt viso illo moneretur ad compassionē, atque a nece illi procuranda reuocaretur.

26. **A S P I C E** quomodo Iudæi Christum ita deturpatum & dilaceratum cerneutes, non modo non moti fuerint ad compassionem, sed etiam tanto in eum odio efferbuerint, vt vociferati sint Crucifige,

fige, Crucifige illum: cum viderentur ipsa mille anni, antequam neci daretur.

27. **INTVERE**, quomodo benignissimus **IESVS** videns se ita à ludæis, quos tot beneficijs ornauerat, contemni, non modo non indignatus fuerit contra illos, quos vnico nutu in abyssum mergere poterat, verum etiam illos multò quam antequam feruentius dilexerit, & salutem eorum desiderauerit.

28. **CONTEMPLARE** quomodo Pilatus metu perdendi officij, aut amittendæ Cæsaris gratiæ victus, ad impiorum ludæorū petitionem, Christum **DEI** Filium morti adiudicauerit, cū non ignoraret illū innocentem & per inuidiam ab hostibus suis accusatum fuisse.

29. **CONSIDERA**, quomodo **IESVS** ad mortem & mortem Crucis condemnatus, contra iniustam hanc sententiā non appellauerit, neque se defenderit, sed eam libenti, fortiq̃ue animo acceptauerit, ac deinde magno cum affectu cordis, Crucem in qua animam redditurus erat, vt nos ab æterna morte vindicaret, amplexatus fuerit.

30. **EXPENDE** tecum, quomodo mansuerus **IESVS**, ex mandato ministrorum iustitiæ Crucem apprehenderit, eamque humeris

humeris suis laceris imposuerit, sicque iter ad supplicij locum ingressus fuerit. Verum quia sæpè sub onere propter debilitatem labebatur, carnifices vt ad locum citius peruenirent, Symoni Cyreneo crucem ferendam dederunt.

31. **REVOLVE** tecum, quomodo magis **IESV** Mater, ingressa Urbem Hierosolymam, nihil audiuerit præterquam blasphemias & conuitia quæ iaciebantur in filiū innoxium: deinde vidit ferri mortis vexillum, insonariq; terribilem illam tubam necis prænunciam: cogita quas ex his cordis angustias & afflictiones senserit.

32. **ASPICE** quomodo transeunte **IESV** & ad locum supplicij tendente, conspexerint se Mater & Filius. Cogita quis tū doloris gladius **MARIE** animam pertransierit, quando dilectissimum Filiū suū ita deturpatum vidit, vt non esset in eo ultra species hominis: & quantus Filio dolor fuerit, quod Matrem suam carissimam ita mistam & afflictam cerneret.

33. **INTVERE** quomodo cum ad montem Caluarie ventum esset, Ministri videntes **IESVM** esse debiliorem, quam qui acerbo conclauationis supplicio resistere possit, dederunt ei vinum felle mixtum quod ille gustauit, vt nulla pars, nec
vllus

vllus corporis sensus à cruciatu liber esset.

34. **CONTEMPLARE** quomodo crudeles Ministri magna cum furia, Christum vestibus spoliauerint, atque omnia illius vulnera quibus vestes adhærescebant, renouauerint: nec non aliquas carni particulas simul abstraxerint.

35. **CONSIDERA** quomodo cruce humi posita, feroces ministri **IESVM** violenter prostrauerint, in Cruce distenderint, atque manus ac pedes eius asperis clauis cruci conclauauerint.

36. **EXPENDE** tecum, quomodo **IESVM** cruci affixum exaltauerint, atque magno cum impetu in scrobem præparatam cadere permiserint: vade totum Christi corpus contremuit, membra omnia luxata sunt, & vulnera incredibili cum dolore amplificata fuere.

37. **ASPICE** pium & amabilem Saluatorem tuum, nudum in cruce, tanquam sceleratorum caput & principem, inter duos latrones pendentem. Vide, quo eum peccata tua perduxerint. Aduerte quid fecerit amor, quo te complexus est: & desiderium, quo tuam salutem constituere cupiebat.

38. **CONTEMPLARE** afflictionem

B. Virg.

8. Virg. **MARIAE**, cum cerneret dilectum filium in tam crudeli & ignominioso supplicio, nec vllum ei opem ferre posset: quod si poruisset, libentissimè cum illo crucifigi cupiuisset: tantus erat amor quo illum complectebatur.

39. **EXPENDE** tecum, quæ Christus in cruce tormenta senserit: quo enim diutius in ea pendebat, eò vulnera clauorum propter corporis pondus magis amplificabantur: multò verò maiorem ex eo dolorem hauriebat, quod Matrem sui causa in tantis angustijs cerneret.

40. **CONTEMPLARE** quomodo magnanimus **IESVS** quamuis omni ex parte afflictus esset, & crucifixores sui, cum illis qui necis sibi causa fuerant, diuinam de coelo ultionem mererentur, nihilominus pro ea qua in omnes erat charitate, pro illis orauerit, illosque apud Patrem excusauerit.

N **HYM**

HYMNI SANCTISSIMI
SACRAMENTI.

PAnge lingua gloriosi
Corporis mysterium.
Sanguinisque pretiosi
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus nobis natus.
Ex intacta virgine
Et in mundo conuersatus
Sparso verbi semine
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus
Observata lege plenè
Cibus in legalibus
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque Sanguis Christi merum
Et si sensus deficit

SACRAMENTO.

Ad firmandum cor syncerum
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum.

Veneremur cernui:

Et antiquum documentum

Non cedat ritui.

Præstet fides supplementum

Sensuum defectui.

Genitori genitoque

Laus & iubilatio

Salus honor virtus quoque

Sit & benedictio

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio. Amen.

HYMNVS.

Verbum supernum prodiens

Nec patris linquens dexteram

Ad opus suum exiens

Venit ad vitæ vesperam.

In mortem à discipulo

Suis tradendus æmulis

Prius in vitæ ferculo

Se tradidit Discipulis

Quibus sub bina specie

Carnem dedit & Sanguinem

DE SAC. EVCHAR.

Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit focium.
Conuescens in Edulium
Se moriens in pretium
Se regnans dat in præmium
O Salutaris hostia
Quæ coeli pandis ostium.
Bella premunt hostilia
Da robur, fer auxilium.
Vni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria.
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria Amen.

HYMNVS.

Lauda sion saluatorem
Lauda lucem & pastorem
In hymnis & canticis
Quantum potestantum aude.
Quia maior omni laude
Nec laudare sufficis
Laudis thema specialis
Panis cibus & vitalis
Hodie proponitur.
Quem in sacra mensa coenæ

Turba

SACRAMENTO.

Turbæ fratrum duodenæ

Datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora;

Sit iucunda, sit decora,

Mentis iubilatio.

Dies enim solemnis agitur

In qua mensæ prima recolitur

Huius institutio.

In hac mensa noui regis

Nouum paschæ nouæ legis

Phase vetus terminat.

Vetustatem nouitas

Vnbra[m] fugat veritas

Noctem lux eliminat.

Quod in cœna Christus gessit

Faciendum hoc expressit

In sui memoriam.

Docti sacris institutis

Panem vinum in salutis

Confecramus hostiam

Dogma datur Christianis

Quod in carnem transit panis,

Et vinum in sanguinem.

Quod non capis quod non vides,

Animosa firmat fides

Præter rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus,

DE SAC. EVCHAR.

Signis tantum & non rebus
Latent res eximia.

Caro cibus sanguis potus
Manet Christus tamen totus,
Sub vtraque specie.

A fumente non concisus
Non contractus, non diuisus
Integer accipitur.

Sumit vnus sumunt mille
Quantum isti, tantum ille
Nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen inæquali
Vitæ vel interitus.

Mors est malis vita bonis
Vide paris sumptionis
Quam fit dispar exitus.

Fracto demum Sacramento
Ne vacilles sed memento
Tantum esse sub fragmento
Quantum toto regitur.


Nulla res fit scissura
Signi tantum sit fractura
Quæ nec status nec statura
Signati minuitur.

Ecce panis Angelorum
Factus cibus viatorum

SACRAMENTO.

Verè panis filiorum
Non mittendus canibus.
In figuris præsignatur
Cum Isaac immolatur
Agnus Pascha depuratur
Datur manna patribus
Bone pastor parens verè
Iesu nostri miserere,
Tu nos pascere nos tuere
Tu nos bona fac videre
In terra viuentium.
Tu qui cuncta scis & vales
Qui nos pascis hic mortales
Tuos ibi commensales
Cohæredes & sodales
Fac sanctorum ciuium. Amen.

F I N I S.




R. P.
LVCAE PINELLI
E SOCIETATE

IESV,

MEDITATIONES
de præcipuis Dominicæ
passionis myste-
rys.

A



R. P. B.
VOE P...
I SOCIETATE
1734

ADIT A...
in provincia...
personis...
1734

D
Sat
rem t
ardore
tudo n
felev
terr er
ctore i
bissim
lendi
lentia
more



DE CHRISTI PASSIONE.

PROEMIVM.

Aspice (pie Lector) instru-
menta quibus tum in cru-
ciando, tum in necando
innocentissimo Redempto-
re tuo IESV Christo im-
pij satellites vsi fuere: qua ipse ob tui amo-
rem tanto cum affectu atque voluntatis
ardore amplexatus est, vt eum nec multi-
tudo nec acerbitas tormentorum, neque
sceleratorum satellitum truculentia de-
terere potuerit: tãtoperè flagrabat in pe-
ctore ipsius desiderium, peccata tua acer-
bissima Passione sua expiandi atque de-
lendi. Quandoquidem ergo tanta excel-
lencia & maiestatis Dominus, pro tui a-
more immanissima & contumeliosissima
A 2 hac

4 P R A E F A T I O.

hac supplicia subire ac perpeti voluit, in-
stum est ut eum plus quam remetipsum di-
ligas: decet etiam ut anima tua, pro qua
omnia haec sustinuit, tanquam qua pretio-
so ipsius sanguine coempta sit, maximam
deinceps rationem & curam habeas. Con-
ueniens denique est, ut peccatum, pro quo
expiando Christus crudelissima haec
tormenta subiit, ex animo de-
resteris & capitali odio
prosequaris.

CHRISTUS

DE PASSIONE CHRISTI. 5
CHRISTVS TRIUMPHANS
ingreditur Hierosolymam
Matth. 21.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA Iesum instante Passionis suæ tempore, qua mundo id est vniuerso generi humano salutem collaturus erat, solemniter Hierosolymam ingressum, atq; à turbis cum ramis palmarum & fausta acclamatione, veluti Regem & Messiam susceptum fuisse: quamuis Iudæi de nece illi inferenda consilia inter se tractarent.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo Christus, quamuis vili iumento in hoc suo triumphali in urbem ingressu vteretur, abiectis etiam hominibus, ac vili plebecula stipatus esset, tantam nihilominus maiestatem ostenderit, vt Scribæ & Pharisei, qui mortem ei moliebantur, pudore suffunderentur atque attonitis similes redderentur.

III. **A**SPICE qua cum humilitate ac mansuetudine Hierosolymam ingrediarur, certo sciens, se post paucos dies ab eadem turba, modo laudes suas elatis vocibus concelebante, cruce grauissima in humeros imposita, foras educendum.

MEDITATIONES.
dum esse, ut cruci ignominiosè affigetur, & morte turpissima tolleretur.

DOCUMENTA.

1. **D**isce fili à Christo, honorem etiam debitum, ab alijs tibi delatum, magna cum humilitate & animi submissione suscipere.

2. Nihil est, quod tanto perè terreat hostem anime tue, quam humilitas: esto igitur humilis, si victoriam de illis reportare desideras.

3. His turbis similis es, si in sacra communi-
one Christum gaudenti animo suscipiens, illum pro-
perea peccando eijcias à te.

COLLOQUIUM.

1. **Q**uid agis bone IESU? nonne post
paucos dies in hac ipsa vrbe, quam
modo triumphanti similis ingrederis, cum
ingenti ignominia neci tradendus es? In
eadem hæ turbæ quæ nunc præconijs te
attollunt, nonne paulò post vociferantur
funt, crucifige, crucifige illum? Quorsum ergo
triumphalis hic ingressus? O ardentissimi
charitatè. Voluisti hac ratione demonstrare
ingentem illam voluptatem, quam cor tuum
um ex eo perciperet, quod tempus illud
quo sacratissima Passione tua, nos ab æro-
na morte liberaturus esses, appropinquas
intelligi

DE PASSIONE CHRISTI. 7

intelligeres. Egredere filia Sion, ad excipiendum Regem tuum; venientem, non ut se de peccatoribus vlciscatur, sed ut pro illis animam suam tradat. Venientem non ut te bonis tuis spoliet, sed ut tibi sanguinem suum largiatur, atque cælestibus bonis te locupletet. Inuere quam mansuetus veniat, ut etiã vnica hac vice, qua in vita sua equitasse legitur, vilissimo animali, nullis egyptijs aut pretiosis pannis instrato, contentus sit. Quare cum fastum, pompam & apparatus omnem à se reiecerit, dat tibi intelligere, se nihil aliud quam bonum & commoda tua quærere. Egredere tu etiã anima mea, & hunc Dominum tuum suscipe & amplectere; tibi enim datus & tibi natus est, & nunc pro utilitate tua humilis & mansuetus venit.

CHRE

2 MEDITATIONES.
CHRISTVS A MATRE FACULTATEM ad Passionem abeundi postulat.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Christus, è vicino iam imminente hora Passionis suæ, facultatem à dilecta matre sua sibi fieri postulauerit, abeundi Hierosolymam, vt ibi, iuxta Patris sui ordinationem, mortem pro salute humani generis oppeteret.

II. **M**ENTE reuolue, quomodo Christus, quamuis matrem suam in omnibus diuinæ voluntati conformem esse sciret, nihilominus, cum eam ex trist. hoc nunc mœstam & cū alijs pijs mulieribus lachrymantem cerneret, consolatione adhibita confirmauerit.

III. **C**ONTEMPLARE quomodo Christus tanto flagrabat desiderio, paternam obedientiam perficiendi, atque pro tua saluatione tormenta & mortem subeundi, vt quam citissimè, à suis se expediret, quò tempestiuè Hierosolymis se presentaret, atque vt agnus mansuetus ad sacrificium properaret.

DE PASSIONE CHRISTI.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, quando **DEVS** aliquod opus bonum tibi suggerit, caue ne illis, qui te in eo praevidere possunt id indices, sed quantum potes caela & occultia illud.

2. **V**e tibi, si, ne parentes aut amicos tuos merore afficias, voluntatem **DEI** adimplere negligis. **DEO** enim acceptum quidem est quod eos consoleris & confirmes, sed gratum ne utiquam habet, quod se ab illis in bonis actionibus praevideri patiaris.

3. **V**t divinae voluntati pareas, non modo Patrem, Matrem, substantiam, & amicos relinquere, sed etiam Christi exemplo, te quam citissime ac diligentissime ab illis expedire debes, ut sequaris Deum quocunque te vocat.

COLLOQVIUM.

1. **Q**uo proficisci cogitas dulcis **IESV**, quod ingruente Paschalis diei festiuitate, à dilecta matre abeundi facultatem possis? Qui in exteris regionibus degunt, ut Paschales dies cum suis peragant, reditum maturare solent, & tu abitu moliris? Moneat

te lachrymæ charissimæ sed mestissimæ
 Marris tuæ. Moueant te Magdalenæ tibi a-
 micissimæ preces ad manendum in ea do-
 mo, in qua te omnes summo amore com-
 plectuntur, non autem ad iter Hierosoly-
 mam instituendū, vbi hostes pernitiem tibi
 machinantur. Veruntamen vt video, benedi-
 gne I e s v, renuis id facere: quia duæ aliæ
 sorores Martha & Magdalena robustiores
 Hierosolymam te trahunt, videlicet, obe-
 dientia Patris, & Charitas qua animam tuam
 pro nostra redemptione tradere flagra-
 bas. Perge igitur feliciter Hierosolymam,
 quia pia Mater tua, quandoquidem Pater
 cælestis eam pro te mortem, quemadmo-
 dum cupiuisset, oppetere non vult,
 promptissimo animo diuinæ
 voluntati te totum
 tradit, & consi-
 gnat.

MYIIOOIOO

CHR.

DE PASSIONE CHRISTI. 16
CHRISTVS AGNVM PASCHA-
lem cum discipulis manducat,
Matt. 26. & Luc. 22

FFUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Christus
cum non esset ei Hierosolymis do-
mus, neque prouisio ac sumptus ad cele-
brandum Pascha cum discipulis, misit à
Bethania Petrum & Ioannem, Hierosoly-
mam, vt cœnaculum quoddam à Domi-
no domus, pro se & familia sua instructum,
consequeretur.

II. **C**ONTEMPLARE, quomodo
Dominus cœnaculi non modò animo li-
benti ac voluntario, illud ei concedat &
tradar, sed etiam vehementer gauisus fue-
rit, Christoque gratias egerit, quod domici-
lium suum subire atque illo vti digne-
tur.

III. **A**SPICE quomodo cum Christus
mensæ accumberet iuxta ritum veteris le-
gis ingenti gaudio delibatus fuerit, quod
figuris & vmbri finis imponendus, & ip-
se, qui erat verus Agnus in lege figuratus,
cibus noster futurus esset.

DOCUMENTA.

1. **Q**uanto minus in hac vita possides bonorum temporalium, tanto minorem DEO & Domino omnium rationem reddes.

2. *Fili, quoties charitatis opus alicui exhibes, cogita id gratiam & singulare DEI beneficium esse: ideoq; gaudenti atque promptissimo animo id age, atque diuinae maiestati gratias refer, quod talem tibi merendi suppeditet occasionem.*

3. *Aspice ut Christus, iuxta veteris legis instituta & caeremonias Agnum manducet: ita & uerum Agnum in Sacramento altaris, secundum nouae legis caeremonias manducare oportet*

COLLOQVIVM.

Quandoquidem tu, Domine, legem hanc de Paschate celebrando iudicis tulisti, ad eam minimè obligaberis. Et quãuis obligaberis; quia tamen adeo inops & pauper eras, ut nec hospitium, neque agnus tibi suppeteret, à celebrãdo Paschate iustificimè excusari poteras: absit igitur, ut te ita hominibus substernas, illisq; supplex fis, quo tibi canaculum mutuent, atque de his, quæ ad Paschæ celebrationem spectant, tibi

DE PASSIONE CHRISTI. 43

tibi prouideant. Sed o quam profunda sunt
actiones tuae: quam humiles & amore ple-
nae cogitationes tuae. Quamuis enim sum-
mae maiestatis DEVS atque totius vniuer-
si Dominus existas; quamuis omnibus cre-
aturis de alimento suo prospicias, nihilo-
minus ad meam informationem legi sub-
iici, & usque in finem diligentissimus legis
relator & obseruator esse voluisti. In pau-
peritate etiam atque mendicitate vitam du-
xisti, ut alijs charitatis in te exercendae, at-
que ad temporalia tibi ministranda occasi-
onem praeberes, quod illos tua gratia & cae-
lestibus bonis locupletares. O te felicem
cenaculi dominum, qui in domum tuam
caelestem arcam suscipere, & creatorem tu-
um pascere mereris. Gaude quia anima tua,
& tota familia tua, talem ab hoc hospi-
te suscipiet benedictionem, ut
verè dici possit, *Hodie salus*
domui huc fa-
cta est.

CHRISTVS LAVAT PEDES
Discipulorum. Ioan. 13

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Christus
posteaquam Pascha cum agno typi-
co celebrasset, volens Apostolis suis verum
Agnum videlicet semetipsum imperiti,
prius eorum pedes ablucere voluit: itaque à
mensa surgens, vestimēta deposuit, omnia-
que ad id agendum necessaria sumpsit.

II. **A**SPICE quanta cum submissione
Dominus maiestatis, præcinctus panno li-
neo atque in genua procumbens, singulo-
rum Apostolorum immundos pedes ab-
luat, ablutosque tergat.

III. **C**ONTEMPLARE, quomodo
Christus idem officium ingratiſſimo Iudæ
præstare non erubescat, quamuis eum pro-
ditionem suam iam concepisse, atque vi-
lissima pecunia Iudæis vendidisse non ig-
noraret.

DOCUMENTA.

I. **F**ili, ad bona opera efficienda & iuandam
proximum tua commoda exemplo Christi
relige.

DE PASSIONE CHRISTI. 17

relinquere debes: qui vt discipulorum suorum pedes ablueret, de mensa surgere atque vestimenta sua exuere non detrectauit.

2. Nunquam veram humilitatem consequeris, nisi pro DEI amore non modo superioribus, sed etiam inferioribus volens libensque te submiseris.

3. Si coram illis te tantum humilias, à quibus boni aliquid speras, magno in errore versaris: quia Christus se ante pedes Iudæ humiliauit, à quo nihil nisi prodicionem expectabas.

COLLOQVIVM.

Quid agis bone IESV? Nunquid à discipulis tuis offensarum dimissionem postulas? In quo eos offendisti? qua iniuria Iudam affecisti, quod coram illo in genua procidas? O Sancti Apostoli, nolite pati à summo Rege gloriæ pedes vestros abluí, quod ministerium serui Dominis suis exhibent. Veni anima mea, IESVS enim, in hoc cænaculo lectionem humilitatis adeo efficacem prælegit, vt qui huius virtutis amore non ardeat, mille gehennis dignus sit. O humilitatem inauditam. Rex Angelorum non contentus formam serui suscepisse, seruorum etiam ministeria peragit. Dominus seruorum suorum, & quod magis obstupendum est, Iudæ

Iudæ proditoris sui pedes abluit. Quis ergo
deinceps à vilibus actionibus se subtrahat?
quis eos qui molestiã siue iniurias sibi infe-
runt non beneuolentia & amore prosequa-
tur? Caterum **CHRISTE IESU**, quan-
doquidem statuisti hoc ministerium ad-
implere, memento quod dixeris, eum qui
à te lotus non fuerit, non habiturum esse
partem tecum. Quare per merita huius hu-
militatis tuæ te obtestor, vt lachrymis cor-
dis mei, tua gratia sociatis, laues pedes,
caput & manus meas, vt affectus, cogi-
tationes, & actiones meæ ita munda
& nitidæ sint, vt diuinæ
maiestatis tuæ oculis
placeant & pro-
benantur.

DE PASSIONE CHRISTI. 17
CHRISTVS SANCTISSIMVM
Eucharistiæ Sacramentum instituit.
Matth. 26.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo benignus
Iesus amoris igne estuans, ex hoc
mundo discessurus, non contentus quod
se nobis in magistrum & Redemptorem
donasset, voluit etiam se nobis in cibum
largiri, vt ætissime nos secum vniret, de-
oque sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum instituit, in quo nobiscum habitaret, &
à nobis manducaretur.

II. **C**ONTEMPLARE, quod Chri-
stus eximio hoc dono & amoris pleno nos
impertiuert, quando illi proditores, &
flagella præparabantur: vt demonstraret,
se maiorem nostrorum commodorum,
quam suorum suppliciorum rationem ha-
bere.

III. **M**ENTE reuolue, quod Christus vo-
luerit hoc cæleste manna, nobis in præsen-
ti vita esse cibum, fulcimentum, amoris
sui memoriam, & pignus æternæ glo-
riæ.

DOCV.

1. **F**ili si munda cum conscientia panem hunc
 Angelicum sumpseris, vnieris Christo: si au-
 tem maculata cum conscientia eundem vsurpare
 presumpseris, Demoni vt Iudas sociaberis.

2. Magnitudo doni, excellentia donatoris, et
 hominis cui hoc donum collatum est, vilitas, con-
 tra te sententiam ferent, si donum hoc non susceperis
 aut estimaueris quantum debes.

3. Iuste sempiterna gloria tibi negabitur in
 caelis, si eiusdem gloria pignus, à te malè habitum
 fuerit in terris.

COLLOQVIUM.

Quam admirabilis est hic thesaurus,
 quem tu pie I E S U, ex hac vita mi-
 graturus, nobis reliquisti; est enim vti Pro-
 pheta affirmat, omnium operum tuorum
 mirabilium compendium: quia in eo po-
 tentiam, sapientiam, bonitatem, & miseri-
 cordiam tuam infinitam, demonstrasti.
 Amplius fugere non potest homo, quan-
 doquidem tali amoris vinculo eum tecum
 vniuisti, vt per cœlestem hunc cibum Filius

DE PASSIONE CHRISTI. 19

De i, & vnus tecum spiritus constituatur.
Sed quis factum hunc panem manducare
audeat? Quis t̄atum thesaurum in quo cor-
pus, anima, & tota diuinitas tua simul con-
tinentur manibus contingere pr̄sumat,
quandoquidem de illo scriptum est, quod
sicut vita est bonis, ita malis mors est? Quis
autem tant̄e probitatis est vt diuino hoc
conuiuio dignus habeatur? Te benignissi-
me I E S V supplex rogo, vt qui eximio hoc
beneficio me ornare dignatus es, gratiam
itidem mihi largiaris, ne illud inquam in-
dign̄e suscipiam: vt quemadmodum te mi-
hi in terris contulisti in cibum, ita te
mihi in c̄elis dones in pr̄mium,
vbi tuam magnitudinem in
omni æternitate laudi-
bus celebrem.

CHRI.

20 MEDITATIONES.
CHRISTVS ORAT ET AGO-
nizat in horto. Luc. 22.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE, quomodo
Christus cæna peracta ingreditur
hortum, instar alicuius qui ingressurus sit
locum certaminis: inter eundem verò non
destitit iustitia plenos Apostolos, qui
lachrymantes & suspirantes eum seque-
bantur, consolari, ac metorem ipsorum le-
nere.

II. **I**ESVS in hortum veniens, oratio-
nem, sine vilo solatio fundit, Patris enim
voluntas erat vt pateretur pro nobis; An-
gelus ei crucem offert; Apostoli comites
eius somno oppressi dormiunt; Judas autè
ad illius proditorem vigilat, cohortesque
ad illum comprehendendum animat.

III. **C**ONSIDERA quomodo sanctissima
Christi anima præcipiens & procogitans
passionis suæ tormenta: populi Iudaici ob-
stinationem: Christianorum ingrati-
tudinem, in eas angustias redacta fuit, vt san-
guinem toto corpore sudauerit.

DOCV.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, tum meriti tibi perfecta charitas, quando etiam cum tuo detrimento non destiteris consolari afflictos: quemadmodum Christus in maximis doloribus & angustiis constitutus, non destitit consolari merentes Apostolos.

2. **D**isce à Christo non deserere orationem, etiamsi nullum ex ea percipias solatium; quia verum orationis fructus est Deum voluptate afficere, sibi verò potius compunctionem quam consolationem procurare.

3. **S**i Christus aliorum peccata mente tantummodo pertractans, in eas angustias incidit, ut sanguinem sudauerit, quid tibi faciendum est miser & infelix peccator?

COLLOQVIVM.

Vndenam, bone IESV, hæc tua afflictio? Nondum præsentem sunt inimici: tecum est Angelus: tecum sunt Apostoli: tecum est Innocentia, cur ergo metuis? Hei Domine, timoris huius tempestas, quæ sanctissimæ humanitatis tuæ nauiculam concutit, à peccatis meis existit, & ego uti aliter Ionas cum Apostolis in ytramque au-

rcm

rem dormio. O Petre. O filij Zebadei, vigi-
late, somnum ab oculis vestris excutite,
Magister enim vester idcirco vos elegit, &
secum duxit, vt ipsum consolarimini. Ex-
pergiscere tu etiam Anima mea, sed caue
ne Christi passionem impedire coneris, ne
fortè audias, *Vade post me Satana, nō enim sapi-
ea que DEI sunt.* Si enim Christus mortē nō
oppeteret, quis ab æterna morte nos vin-
dicaret? Sufficit ergo, quod illi compariaris.
Intuere vt aliquando ad Apostolos abeat,
non nunquam ad Patrem confugiat, nec ta-
men vllum auxilium aut solatium inueni-
at. Quam benè, Redemptor mi, de te inquit
Esaias: *Circumspexi, & nō erat auxiliator, que si-
ui, & non fuit qui adiuuaret.* Veruntamen vt
video, Domine, non eges adiutorio, quia a-
mor & desiderium amarum hunc calicem
pro nobis eporandi, te tantopere
urgent ac stimulant, vt timor
ad persuadendam tibi
fugam minimè
sufficiat.

DE PASSIONE CHRISTI. 23
CHRISTVS COMPREHENDI-
tur & ligatur. Matth. 26.
Ioan. 18.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Christus
Saluator noster adueniente Iuda cum
armatis cohortibus, ei obuiam processerit,
salutauerit, ab eo se osculari passus sit, & il-
lum benignè, peccati per hanc prodicionem
suam admissi, admonuerit.

II. **C**ONTEMPLARE, vt IESVS
non modò se non defenderit, sed etiam v-
niuersam turbam illam armatam; quam v-
nico duntaxat verbo ad terram prostrauit,
surgere permiserit: ministrum à S. Petro
Apostolo vulneratum sanauerit: & sponta-
nea voluntate in manus hostium se tradi-
derit, prohibens illis ne quenquam suorum
laderent.

III. **R**EVOLE quantam cum rabie ac
traculentia, Iudas caeterique lupi tartarei,
mansuetum Agnū IESVM cōprehenderint,
ligauerint, & pro libitu suo tractauerint.

DOCUMENTA.

I. **F**ili aspice quam benignus & clemens fueris
Christe in proditorē suū: qualis ergo eris in se
diligētes, sibiq; toto corde seruientes? quo vultu, qua
benig-

benignitate suscipiet eos, qui pro amore ipsius aduersitates patienter tolerant.

2. Fili da operam, ut amicis & inimicis beneficias: quemadmodum Christus prouidi: ne discipuli amici sui in aliquo lederentur: & inuisitum sauciatum curauit, bonum pro malo retribuens.

3. Intuere fili in quantam cecitatem Iudas incidit, ut ex Apostulo Christi prolixor, & magistris sui carnifex effectus sit: idem euenit omnibus qui uocationem suam relinquunt, & cum conscientia mortali scelere inquinata, Domini corporis & Sanguinis sacramentum percipiunt.

COLLOQVIVM.

Quæ Domine, est ista mutatio? cum nondum aduenissent hostes tui, toto corpore tremebas, & modò illos aspiciens, audacter illis obuiam pergis? Nunquid ante carnis infirmitatem, & postea spiritus promptitudinem demonstrare? an uerò charitatem tuam, in conspiciendis tuarum Passionis ministris nobis patefacere uoluisti gaudedo nimirum quod hora illa tantopere a te concupita, appropinquasset? Hinc satis clarè patet bone Iasv, te non esse mercenarium, sed uerum & amore flagrantem

DE PASSIONE CHRISTI. 25

tem pastorem vitam pro ouibus suis expo-
nentem. O sancti Apostoli mementote,
quod cum Christus sit caput vestrum, &
vos illius membra, non modò non eum fu-
ga deserere, sed etiam vosmetipsos scutum
pro illo obijcere deberetis. Itaque nolite
permittere vt latronis instar comprehen-
datur & vinciatur, qui venit, vt pro furto
quod Adamus perpetravit, satisfaciat, &
quæ non rapuit exoluat. Nolite pati vt ad
urbem tantis cum iniurijs, tantaque cum
blasphemiarum & maledictorum, quæ in
eum iaciuntur contumelia ducatur. Egre-
dere anima mea, & satellites obtestare, vt
Iesv Christi sanctas & diuinas manus à
vinculis soluant, quandoqui dem illè to-
tam huius mundi vniuersitatem
sustinent, & omnia præsen-
tis vitæ bona nobis
impertiant.

RUE.

b

CHRI-

CHRISTVS AD ANNAM
ducitur. Ioan. 18.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE, quomodo Sal-
uator à discipulis derelictus, mani-
bus vinctis, instar latronis, ad Annam Pò-
tificem ductus, imo potius tractus fuerit, et
ibi iudicaretur.

II. CONSIDERA quomodo IESVS
ab Anna de doctrina & discipulis interro-
gatus, cum respondisset, illos qui audierunt,
de illa testimonium reddere posse, à sce-
lerato quodam ministro, in maxillam cae-
sus fuerit, quasi non satis modeste Pontifi-
ci respondisset.

III. ASPICE quā placidè & aequanimi-
ter Christus alāpam hanc sustinuerit, ita
vt etiam paratus esset alteram percussori
maxillam porrigere, si eam fatelles popo-
scisset.

DOCUMENTA.

1. Fili teme ipsam decipis, si nimia in humanis
auxilijs spem ponis. Intuere vt Christus in
periculo constitutus, à discipulis statim deseratus.
2. Noli nimium contristari, si alij d. t. a. s. s. a.

DE PASSIONE CHRISTI. 27

facta tua peruersè interpretentur: quia Christus
etiam rectè loquens, in maxillam à vili satellite
cassus fuit.

3. Fili si Christus à seruo contra omne fas
percutus nō indignatur, cur tu molestè fers & ob-
murmuras, quando DEVS te percutit? cur propter
minimam verbi alicuius iniuriam, ab alia tibi
obiectam, conturbaris?

COLLOQVIVM.

Heu Domine, quam cito crescunt op-
probria tua? In horro uti latro com-
prehensus, uti fugitiuus, vinculis constrictus,
deinde tanquam vile cadaver protractus
fuiti, & nunc in summi Pontificis præsen-
tia uti superbus & arrogans alapa cæderis.
Fierine potuit, ut reperiretur homo aliquis
à deo immanis & sceleratus, qui in vene-
randam & amabilem faciem, quæ in me-
dis etiam contumelijs & supplicijs ex ma-
iestate resplendebat, nefando ausu alapam
impingere auderet? Quomodo cælestes Po-
testates à sacrilego hoc satellite, sceleris hu-
ius immanissimi vindictam non poposce-
runt? Cur ignis de cælo non descendit,
& temerariam hanc manum, diuinum
vultum temerare non erubescerent, in ci-
neres non redegit? Cur terra os suum non
aperuit, & impium atque truculentum
huac

hanc satellitem viuum non absorbit: Gra-
tia sit mansuetissime I E S V, immensa tuae
charitati, quae statim in eum animaduerte-
re noluit; vt tempus ei respiscendi, atque
agenda pœnitentiæ indulgeres. Quid futu-
rum esset de me bone I E S V, si non eadem
erga me clemētia mereris, qui hoc ministro
sceleratior sum? quando quidem ille te ho-
minem tantum modo existimabat, ego ve-
ro etiam D E V M te esse confiteor: & tamē
peccatis meis toties te cædere, atque vul-
tum tuum temerare ausus fui. Te igitur ob-
secro Domine, vt eandem mihi clemē-
tiam & benignitatem exhibeas,
faciasq; vt patientia tua non ab-
utar, neq; conuersionem
meam de die in diem
differam.

DE PASSIONE CHRISTI. 29
CHRISTVS AD CAIPHAM
ducitur. Matt. 26.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Christus ab Anna ad Caiphā perductus fuerit, ubi scribæ & Pharisei falsis productis testimonijs, neci eum tradere moliebantur: sed vita Christi tantæ fuit probitatis & innocentiae, ut etiam falsæ istæ linguæ, nullum scelus quod ei imponerent, reperire potuerint.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo summe maiestatis Dominus ante Caiphā ligatis manibus consistat, à quo cum adiuuaretur ut an DEI filius esset ediceret, cum se esse respondisset, ille velut in rabiem actus, vestimētis disruptis, exclamavit, Christum blasphemasse.

III. **A**SPICE quomodo tam impij & sanguinarij satellites IESVM mansuetissimum tractauerint, alapas impeerint, oculos obuelauerint, & faciem eius scedè cōspitauerint.

DOCUMENTA.

I. **F**ili cupis ut nec peruersæ linguæ de te male loqui possint? fac ut opera tua à virtute
b 3 profi-

proficiantur, & veritate socientur.

2. Vide ut Caiphas, eò quod immortalitas & passionibus plenus esset, veritatem à Christo prolatam reputet blasphemiam; quare passionem omnes in te radicatus extirpa, quæ hominem excæcant, & illum recte iudicare non pariuntur.

3. Filium velis oculos Christo, & faciem eius conspicias, quando sanctas illius inspirationes parvipendis, à te reijcis, aut illis contraria facis.

COLLOQVIUM.

Quo pergis bone Iesus: quo satellites isti te abducunt? Noli obsecro pergere ad domum Caiphæ: illic enim sunt congregati Scribæ & Pharisei, iuratissimi hostes tui, qui te accusarunt apud Caypham, ut hominẽ seditiosum, & populi seductorẽ quinerã falsos testes inquirunt, ut falsis testimonijs contra te prolatis, neci te tradar. Verum ut video Domine nihil hæc te remorantur, imo magis accendunt flagrans desiderium cordis tui, quo pro mea & inimicorum tuorum salutem flagella & mortem perpeti desiderabas. O immensam charitatem. O amorem infinitum. Quam diuersæ ô Christe sunt cogitationes infelicitum Scribarum & Phariseorum à tuis: cum ipsi
omnes

CHRISTVS CORAM PILATO
accusatur. Luc. 23.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo IESVS tribunali Pilati exhibitus fuerit, ut ab eo morti adiudicaretur; Pilatus verò cum non inueniret causam mortis in eo, & Christum Galilæum esse intelligeret, Herodis Galilææ domini, tribunali eum sisti iussit.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo Iudæi, cum à Pilato, quod cupuerant non obtinuisserint, totam rabiem suam in IESVM effuderint, illumque probrosis verbis, multisque alijs contumelijs per plateas Hierosolymitanæ urbis, ad Herodis palatium pertraxerint.

III. **R**EVOLVE magnitudinem humilitatis & amoris Christi erga nos, qui pro salute nostra, & eorum qui has ei iniurias irrogabant, malè tractari & ludibrio haberi non detrectavit.

DOCUMENTA.

I. **F**ili discite à Christo non murmurare, non indignari, quando Iudices non eam quam debent

DE PASSIONE CHRISTI. 33

berent iustitiam tibi administrant, aut eam de die in diem prorogant: et iam se irgere, vt eam faciant licitum sit.

2. *Quomodo poteris in publico, ad Christi exemplum ludibria & contumelias pro Domini amore sustinere, qui domi, ne minimum quidem verbum, aut leuem iniuriam placide tolerare potes?*

3. *Fili humilitatis cum Christo amator esto, & omnia hominum ludibria nihili pendes. Veram praeterea charitatem consequi satage, & his qui te offendunt, benefacies.*

COLLOQVIVM.

O Domine quando isti satellites aliquā tibi requiem indulgebunt? quando tuis irrisionibus lassī & saturi erunt? sufficiat illis, quod tota nocte instar canis scāno sine sedili te alligauerint, & nunquam à te affligendo & cruciando cessauerint. O immanitatem. Tu fecisti noctem ad hominum quietem & refocillationem, & homines eam in te cruciando & affligendo transigunt: Quam magna Redemptor mi, est charitas tua; vt nobis aeternam requiem largiteris, torqueri & cruciatibus fatigari non detrectas. Heu Domine, transacta est nox & tamen cruciatus tui necdum finem
b s habent,

habent: sed quemadmodū inimicorū tuorū
 rabies magis ac magis crescit, ita & illi sin-
 gulis penē momentis augentur. O Hiero-
 solyma cur ad IESUM defendendum & de
 manibus hostium eripiendum non con-
 surgis, qui filius tuus, in his ipsis plateis, per
 quas ignominiosē veluti reus & malefa-
 ctor ducitur, sanitatem contulit? Tutare il-
 lum, quia Pilatus nullam in eo mortis cau-
 sam inueniens, Herodi eum transmittit &
 scelerati Iudæi, qui ex inuidia eum accu-
 sauerant, quia veteri sui compotes esse

secti non fuere, odio & ira sti-

mulati, immānissimē

illom tra-

stant.

CHRIST

DE PASSIONE CHRISTI. 5
CHRISTVS HERODI
præsentatur. Luc. 23.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Herodes
Christum videns gaudius fuerit, spe-
rans se visurum aliquod ab eo patrari mi-
raculum, sed Christus intelligens desiderium
hoc inutile & curiositatis plenum esse,
non respondit ei verbum, & tacens Hero-
dis curiositatem arguit.

II. **A**SPICE quomodo Herodes cum
seruis suis, Christum ludibrio habeat, illū-
que alba veste tanquam stultum ac mentis
inopem vestitum, ad Pilatum remittat, quo
factum est vt per viam ab omnibus mirum
in modum derisus fuerit.

III. **R**EVOLE quo amor DEI fili-
um perduxerit, vt nimirum, cum esset DEI
Pater æterna sapientia, nostri amore pro-
stulto & velano haberi non detrectauerit.

THEO DOCUMENTA.

I. **N**oli esse curiosus, alioqui nunquam veram
pacem obtinebis, & in aliorum negotia in-
quirendo, te ipsum negliges, si que peruersi mores
tuos nunquam corriges.

2. *Fili cur queris ab hominibus magnificari, quandoquidem Christus non erubuit ab Herode sperni, à quo, si miraculum aliquod patrare voluisset, laudari & honorari poterat.*

3. *Fi. i parum refert quod mundus te vesanum & mente captum existimet, si tu per rectam semitam graderis, & ea que DEO iudici tuo placencia sunt, facis.*

COLLOQVIVM.

O Domine quod est hoc tantum scelus, a te admissum propter quod ad tã diuersos iudices & tribunalia duceris: Cur nõ defendis te à calūnijs & falsis accusationibus Iudæorum? Infamia enim tua magis ac magis augeri videtur. In domo Annæ velut arrogans reprehensus & in maxillam cæsus: A Caïpha vti blasphemus morti adiudicatus: Coram Pilato tanquam populi seductor accusatus fuisti: & modò ab Herode veluti stultus ludibrio haberi? Cur siles Domine? Cur tot ictus tam constanti animo perfers? Nunquid non es tu increata sapientia totam mundi vniuersitatem gubernans: Nunquid non es ille, in quo omnes thesauri sapientie & scientie DEI reconditi sunt? Quomodo igitur Herodes & serui eius

DE PASSIONE CHRISTI. 37

eius te veluti hominem rationis inopem
tractant? O amor quam magnæ sunt vires
tuæ, quæ Dominum totius potentia, ad
tantas iniurias immobilem effecisti. Non
debet anima mea ut deinceps tristeris, quã-
do ab hominibus contemneris, cum vide-
as Dominum tuum pessimè haberi, nec ta-
men conqueri aut molestè ferre, sed po-
tius gaudere debes quia quanto
magis contemptus fueris,
tanto eris Christo magi-
stro tuo simi-
lior.

b 7 CHRISTVS

CHRISTVS ET BARRABAS
proponuntur populo.

Matth. 27.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo IESVS
denuo tribunali Pilati exhibitus fue-
rit, qui cum iuxta veterem consuetudinem
vinctum vnum Iudæis dimittere deberet,
vt liberaret Christum quem innocentem
noverat, proposuit eum cum Barraba La-
trone, sperans populum Christi dimissio-
nem flagitaturum esse.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo ingra-
tus populus ab impijs Scribis & Phariseis
persuasus, magnis vocibus postulauerit
Barrabam dimitti, IESVM vero cunctis

III. **R**EVOLVE quid Christus in mis-
tissimo corde suo tum afflictionis senserit,
non modo quod minor infami latrone ces-
seretur, sed etiã propter peccati enormita-
tem quod in hac postulatione Iudæi peccata
pertraverunt.

DOCUMENTA.

Pilatus vt satisfaceret Iudæis, dimisit Bar-
rabam Christum vinctum retinuit: idem tu
facis quãdo vt appetitionibus tuis satisfacias, ser-
vas

DE PASSIONE CHRISTI. 39

libus omnem libertatem permittis & spiritum opprimis.

2. Si Iudæi malè egerant, quod Barrabam Christo pr. eposuerint, quanto tu sceleratius agis, qui peccando Christum à te repellis, & Dæmonem pro Domino tuo asciscis?

3. Fili, si magis doles de damnis tuis temporalibus, quam de detrimento spiritalibus proximorum tuorum: indicium das, Charitatem in te non esse perfectam, in qualis erat in Christo: qui magis tristis fuit de peccato Iudæorum, quam de suis cruciatibus.

COLLOQVIVM.

BENIGNISSIME IESVS, in quo Iudæos offendisti, vt non modò nullus ex eis tibi parocinetur, sed etiam Barrabam infamem & sceleratum latronem tibi antefecerunt? O ingrata Hierosolyma, fieri potest vt ira prorsus memoriam deposueris innumeriorum & maximorum beneficiorum, quæ à Christo accepisti? Fieri potest, vt non recorderis damnorum, quibus à Barraba latrone affecta es? quam multos ille filiorum tuorum peremit: quam multis ille substantiam, facultates, & vitam abstulit: & tamen flagitas vt liber dimittatur. Christum
vero

vero qui infirmos tuos sanitati restituit, & mortuis vitam reddidit, ad necē depolcis, & crucifigi postulas. O carcam inuidiam & capitale odium; maus viuum & liberum latronem sanguinarium, quam innocentē DEI filium. O Angeli. O Cœli, cur non vlcissimini tantam ingratiudinem? Domine factum hoc, præterquam quod illis qui in hac vita pro tui amore contemptui habentur, solatio est: instruit nos etiam parui pendenda esse falsa huius mundi iudicia, quandoquidem tu suprema bonitas & Rex gloriæ, à vesano mundo Barraba inferior & sceleratior iudicatus fuisti. Roborat etiam nos ad tolerandas omnes iniurias & contumelias, que in præsentī vita nobis irrogantur.

CHRI-

DE PASSIONE CHRISTI. 41
CHRISTVS AD COLVM-
nam flagellatur.

Ioan. 19.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Pilatus
Iudæorum instantiam vt Christum
morti adiudicaret conspiciens: & ex altera
parte nullam in Christo culpam inueniens
vt eum liberaret, Christum flagellis cædi
iussit, quo hac ratione Iudæorum animos
placaret.

II. **C**ONTEMPLARE, quo pudore
suffusus fuerit Dominus maiestatis, cum in
omnium præsentia vestibus spoliaretur:
Qua contumelia affectus, cum veluti bestia
ad columnam ligaretur: Quot dolores sen-
serit, cum flagellis crudelissimè cæderetur.
Et cogita horum omnium causam peccatis
tuis assignandam esse.

III. **A**SPICE generosum IESV Christi
animum, quem nec dolor nec pudor ad in-
dignationem aut lachrymas permouere
potuit: sed nostra semper commoda animo
voluens, maiora pro nobis perpeti deside-
rabat.

DOCV

DOCUMENTA.

1. **C**Aue fili ne malè agas, non enim excusaberis etiamsi intentio tua in bonum finem respiciat, vt videlicet bonum aliquod inde sequatur, aut malum aliquod impedias. Ideoq̄ peccauit Pilatus, qui IESVM flagellis cedi imperauit, vt eum è manibus Iudæorum liberaret.

2. Disce à Christo, mortificationem pro DEI amore amplecti, que quanto sensui molestior est propter humanos respectus, & dolorem quem sibi coniunctum habet, tantò amplius prodest spiritali.

3. Filius verus DEI amator, & videberis tibi nunquam satis multa pro DEI amore fecisse: sed semper plura facere desiderabis.

COLLOQVIVM.

EXistimabam dulcissime IESV, Pilatū tui tanquam à Iudæis iniuste accusati commiseratione tactum, aliquid tibi auxiliaturum esse. Sed heu plus tibi nocuit. Iudæi enim intelligentes cum post flagellationem te dimittere decreuissent, inter flagella te morti tradere cogitarunt, ideoque crudelem in modum flagris in corpus tuum desquieverunt. O clementissime Domine, tu piam illam legem tulisti ne in flagella-

dis

DE PASSIONE CHRISTI. 49

dis hominibus quadraginta plagarum numerus excederetur, ne reus multis verberibus sedē dilaceratus abiret. Tibi vero nec lex patrocinator, nec pietas aliqua impenditur. O dulcis Redemptor mi, quid te ligatum & immobilem reat in tam ignominioso supplicio: Non Iudæorum funes, sed amoris tui catenæ. Hic est qui viam tuæ liberationi obstruxit. Hic facit, ut nemo Passionis tuæ impedimento sit. Veni anima mea, & collige in vasculum cordis tui, preciosum Iesus Christi sanguinem, quo muri & columnę asperguntur, & velut remississimam custodi: utilis enim erit tibi ad placandam iusti Dei indignationem, quando tibi offensus fuerit.

CHRE

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo
Christus à colūna solut⁹, vestes suas
humi sparsas collegerit, & vt aliquantulum
respiraret ijs se vestiuerit. Sed ecce, milites
denuo eum vestibus exuunt, vt nouo eum
tormenti genere excrucient.

II. **C**ONSIDERA quomodo circum-
dederint eum purpura, capiti coronam spi-
neam imposuerint, manibus arundinem
indiderint: quæ facti Regis insignia, IESVS
verus Rex gloriæ suscipere non detrectauit,
quamuis dolore pariter & confusione sum-
ma permixta essent.

III. **A**SPICE quomodo milites genua
coram eo flectentes eū irrideant, Regem lu-
daeorum salutent, in faciem eius spura fac-
tissima congerant, & certatim alapis cer-
dant: quæ omnia IESVS pro nobis tanta
cum humilitate & patientia sustinuit, vt os
suum non aperuerit.

DOCUMENTA.

I. **F**ili noli conueni & molestè ferre cum vna
tribulatio alteram excipit, quia in DEI filio
vnam

unum tormentum, alia statim grauiora secuta sunt.

2. Si in hac vita melius & delicatius Domino tuo tractari non vis, cur quereris quando aliqua tibi contumelia, aut afflictio euenit? Si contemni & sperni renuis, indicium das superbiae: quia pro Christo mollius haberi cupis.

3. Fili, Christum irrident qui Christianos se esse profites, id est humiles & mansuetos, factis huic nomini non respondent.

COLLOQVIVM.

Quid sibi vult, Domine, quod modò, cum abiectissimi illi satellites, corona pinea capiti tuo imposita, & arundine manui inserta, te ludibrio habent, non fugis: Et Iudæis tibi verū Iudajci regni sceptrum, & honorabilem coronam impertiri volentibus, fugam capessis? Quid est hoc? Rex fictitius esse non abnuis, & verus Rex esse detrectas? Voluisti humillime I E S V, doctrina & factis demonstrare te mundo huic vano & cæco aduersari. O anima mea non oscitanter atende ad vtilissimam hanc lectionem, quam I E S V S magister tuus opere tibi prælegit. Vide quanto opere fugiat honores & sublimitates, quas stultus hic mun-

mundus magna cum ambitione desiderat
 & quarit. Aspice quanto cum affectu irrita-
 ones & opprobria, quæ mundus tantopere
 horret, complectatur. Horret autem, quia
 quid crux mortificationis sit, quantoque
 apud Deum in pretio habeatur, ignorat:
 suis interim molestissimam vani honoris
 crucem ferendam imponens, sub qua labo-
 rantes, vitam simul & animam perdunt. Sa-
 tis obone Iesv, intelligo quam vilis mi-
 hi sit crux mortificationis, sed sensualitas
 mea peruersa ipsam defugit: deoque te
 supplex rogo, vt mihi affectum ad
 eam desiderandam & vires ad
 eam ferendam sug-
 geras.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

ECCII

DE PASSIONE CHRISTI. 47 .

ECCE HOMO. Ioan. 19.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE, quomodo Pilatus Christum, capite spinis coronato, facie ex percussionibus liuida & tumefcente, & corpore toto sanguine cruentato exhibuerit populo, ut eum ad commiserationem permoueret, atque a nece Christo inferenda reuocaret.

II. CONSIDERA, quomodo Christus quamuis se à populo quem innumeris beneficijs ornauerat, derideri & contemni videret; audiret etiam iterum iterumque vociferantē, *Cruce fige, Crucifige illum*, propterea tamen ab illo amando non destitit, sed cum tormentis, amor etiam erga populum creuit.

III. REVOLVE tecum, quod peccata nostra, IESUM summæ maiestatis Dominum perduxerint ad tantam confusionem, quam ille nostri amore generoso & forti animo sustinuit.

DOCUMENTA.

1. *Qui non compatitur proximo in afflictione existenti, eo deuenit, ut etiam crudelis reddatur ipsi animam suam.*

2. *Fili*

48 MEDITATIONES.

2. Fili discce à Christo, non desistere ab amore proximorum etiamsi ingrati fuerint: Illi etiam qui tibi malè volunt benefacere.

3. Si aliena peccata Christum in hac vita ad tantam ignominiam perduxerunt; quantam ignominiam & confusionem peccatores in extremo iudicij die, in totius mundi conspectu pro suis peccatis subibunt?

COLLOQVIVM.

O Dulcis & pie I E S V, nunquid non es tu speciosus forma pra filijs hominum, & desideratus omnium gentium: Nunquid non es tu, vti Simon cecinit, gloria plebi tuae Israel? Sed heu? video te ià ita deformatu & malè habitum, vr de te rectissimè dici possit, Ego sum verus & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebi. O Pilate cur tantis cruciatibus innoxium I E S V M affecisti? Non cernis quod quanto magis illius tormenta cretunt, tanto iuratissimorum hostium ipsius odum & rabies augmentetur? Exhibe illis Christum, quantumuis etiam laceratum & ad permouendos animos idoneum, & ipsi demonstrabunt quanta sanguinis ipsius effundendi sitim habeant. O Maria veni & vide

num

DE PASSIONE CHRISTI. 49

num iste homo quem Pilatus populo exhibet, sit filius tuus : inspicere atque considerare illum diligenter, & iudicare num de illo dici possit. *Beatus venter qui te portavit?* O SS. Angeli venite & aspiciate hominē hunc, & iudicate, num iste sit in cuius natiuitate vos caelestia cantica cecinistis. O Petre. O filij Zebedaei, contuemini an hic sit Magister vester, cuius facies in transfiguratione Solis instar resplenduit. Pater aeternae hincine est *filius tuus dilectus in quo tibi complacuit.* Ecce ad quem statum redactus est, vt à te innoxiam perficeret obedientiam, & calicem à te oblatum epotaret. Tibi gratias ago Pater caelestis, qui vt ego peccatorum remissionem conseruerer, Filio tuo parere noluisti.

ε

CHRI

MEDITATIONES.
CHRISTVS EDVCITVR
ad crucifixionem. Matth.

27. Ioan. 19.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo Pilatus officij, & gratiæ Cæsaris amittende timore victus, ad impiorum Iudæorum postulationem, Christum innoxium ad Crucis supplicium condemnauit.

II. **C**ONSIDERA quo cum affectu Christus crucem amplexatus fuerit, quam ipse ingenti cum desiderio hactenus concupiuerat & exspectauerat, vt in ea redemptionis nostræ pretium exolueret, ideoque eorum iudicibus, se neque defendere, neque crimina sibi obiecta, licet falsa, à se remouere, voluit.

III. **C**ONTEMPLARE quomodo IESVS crucem in contractis humeris suis gestauerit, quam tamen illo sub onere propter nimiam debilitatem sæpius cadente, carnifices postmodum, vt tanto citius ad locum supplicij peruenirent, illum que cruci affigerent, Simoni Cyrenæo ferendam impoluerunt.

DOCUMENTA.

Fili si iustitiam administrare dissimulas, ut

DE PASSIONE CHRISTI. 32

vel officij, vel gratiæ magnorum virorum iacturam facias, uti Pilatus fecit: animam tuam perdes & gratiæ diuinæ detrimentum facies.

2. Qui non fert crucem suam, animo libenti ac voluntario propter amorem DEI, meritum perdit: laborem sibi conduplicat, & crucem suam grauiorem, atque ad portandum molestiorem efficit.

3. Fili, nunquam deponere desiderium patienti pro amore Christi, qui tanta pro te passus est, quamuis alij tibi in ferenda cruce auxilio sint.

COLLOQUIVM.

QVo pergis afflictissime IESV? Hac via non gradiuntur innocentes & iusti, qualis tu: sed latrones, & malefactores? Vah impie Pilate; sicine cõdemnasti DEI filium, quem nulli culpæ affinem atque à Iudæis per inuidiam accusatum tibiq; traditum esse non ignorabas? Maluistine sceleratæ illorum voluntati morem gerere, quam iustitiæ atque conscientiæ tuæ satisfacere: O mesta mater MARIA quid ages? Num appellabis ab iniusta sententia? Sed ad quem appellabis, cum ipsemet DEVS Patet velit eum mortem pro nobis oppetere? An te ipsa DEO pro salute nostra in sacrificium offeres? O benignissime Iesu intelligo Pilati sententiã non effecisse, vt per hanc viam

MEDITATIONES.

crucifigendus pergeres, sed peccata mea.
 Non ludæi te ad montem Caluariz duxe-
 runt, sed tuæ istæ sorores, obedientia &
 charitas, quæ te iam inde à natiuitate sem-
 per comitatæ fuerunt. Hæ passæ non sunt
 vt te coram iudicibus defenderes: hæ mo-
 dò viam tibi sternunt ad locum sacrificij, vt
 ea quæ tibi à Patre imperata sunt absoluas.
 Te obsecro pijsime De vs, da mihi
 gratiam vt ad tui imitationem
 quando ab hominibus in-
 iustè iudicor, id patienter
 & humiliter tole-
 rem.

CHRIST

I.
 nem
 defi
 nis
 vt i
 felle
 nec
 to li
 petu
 II
 men
 prop
 cum
 te au
 & pe
 ximo
 III
 super
 expli
 dine
 & pe

DE PASSIONE CHRISTI. 33
CHRISTVS CRUCI AFFLIGITUR. Matth. 15.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo postquam ad montem Caluariæ peruentum fuisset, ministri cernentes Christum deficere, tum vt ad supplicium crucifixionis sustinenda vires ei suppetere, tum vt in gustu cruciaretur, obtulerint ei vinum felle mixtum, quod ille gustauit, vt nulla nec pars neque sensus corporis à tormento liber esset, sicque pro tuis inordinatis appetitionibus satisfaceret.

II. **C**ONSIDERA, quomodo vestimentis Christi flagellorum vulneribus, propter graue crucis pondus inherentibus, cum ministri eum ingenti cum crudelitate nudarent, omnia vulnera renouauerint, & pellem simul cum vestibus non sine maximo Christi dolore abstraxerint.

III. **A**SPICE quomodo CHRISTVS super crucem extensus, brachia sua ipsemet explicauerit, & magna cum animi fortitudine atque charitate, ferreis clavis manus & pedes transigi permisit.

1. **F**ili si post infatigabile in bonis operibus studium, molestiam ab aliquo pateris, noli indignari & impatienter ferre, quia Christo post tot cruciatus, sel bibendum offertur.

2. Quanto plus carni tue indulseris, tanto magis crucem pro Christi amore perpeti recusabis & tanto minus idoneus eris ad sequendum Christum in montem Caluarie.

3. Fili, noli unquam laborare ut crux sese accommodet, sed ad exemplum Christi, crucem accommoda.

COLLOQUIUM.

Tempus est Saluator mi, vt tandem alio quando quiescas, quandoquidem extinere fatigatus es, & vulnera flagellati corporis tui residuum sanguinem extillat. Sed vbi requiesces afflictissime IESU? nunc quid in brachijs amantissimæ matris tuæ? Eheu! ingrata Synagoga alium tibi lectum præparauit, crucem videlicet: lectum doloris plenum, lectum præsentaneæ mortis. O Sancti Angeli, qui nascente Christo, quando in præsepi reclinatus fuit obstupuitis, quid nunc vobis animi est, cum eundem Christum cernitis nudum, vulneribus referens, & in

DE PASSIONE CHRISTI. 59

& in crucis ligno distentum, ut ei non funibus
veluti ad columnam, alligetur, sed fer-
reis clavis affigatur? Hei: Nos manus & pe-
des ad arborem veteram extendimus, & tibi ad
huius criminis expiationem, manus & pedes
clavis transuerberantur. O Ministri, si non
permouet animos vestros ad commiserati-
onem filij afflictio, moueat saltem maesta
mater, quae ictus vestros in anima sua tam
sensibiliter percipit, ut verè dici possit, vos
eam simul cum filio crucifigere. O clavi,
quandoquidem truculenti carnifices nulla
Christi pietate tanguntur, estote vos mites
creatori vestro, & igne ardentissima car-
nitatis eius permolliti, omnem aspe-
ritatem in manibus & pedibus
eius transfigendis de-
ponite.

CHRL

CHRISTVS IN CRUCE TRI-
bus horis pendet & moritur.

Luc. 23.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **A**SPICE quo DEI filius ab amore
quo nos complectebatur, se redigi
passus sit: ut videlicet nudus penderet inter
duos latrones, tanquam homo sceleratus
& facinorosus.

II. **C**ONTEMPLARE, quomodo
quamuis hostes & crucifixores Christi dig-
ni essent, in quos diuina ultio propter iniu-
rias & tormenta quæ Christo insoniti irro-
gauerant animaduerneret: pius tamen Ie-
sus pro illis orauerit, atque crimen eorum
apud Patrem suum excusauerit.

III. **C**ONSIDERA quomodo Chri-
stus obediens fuerit vsque ad mortem, &
in cruce pendens, omni que ex parte affli-
ctionibus & tormentis circumdatus, plura
tamen adhuc pro nobis pati desiderans, a-
nimam in manus Patris exhalauerit.

DOCUMENTA.

I. **F**ili cur erubescis te non esse tam splendidum
vestitum, aut tanta in existimatione haberi
quam

DE PASSIONE CHRISTI. 97

quam velles: quādo quidem Dominus & magister
tuum in cruce nudus & inhonoratus pendet.

2. Si eum qui te persequitur amare vis, nolē
iniuriam quam tibi irrogavit attendere; sed quid
te, si boni Christiani officio defungi cupis, facere
oporteat considera.

3. Filii obedientia tua tum erit grata DEO,
& aeterna retributione digna, si, quae macerandum
Christum, & saepe ad mortem in ea perstiteris.

COLLOQVIVM.

O vnigenite DEI Patris quod tantum
caelus admisisi, vt tam ignominio-
so crucis supplicio dignus habereris? Quod
est hoc tantum innocentissimae carnis tuae
erinae, ob quod tam immaniter in eam
secutum fuit? O Pater misericordiarū quid
sibi vult, quod nobis mille gehennis pro-
meritis, tribulationes ad mensuram disper-
tiris, innoxio autem IESU sine mensura
eandem immittis? Quid sibi vult, quod Iob
amicum tuum Sathanæ potestati per-
mittens vt ab eo probaretur, conditionem
hanc adiecisti, ne vita eum spoliaret: & vni-
eum atque obedientissimum filium tuum
sine vlla conditione potestati principum
Iudeorum tradis, vt in eum omnem
suam

88 MEDITATIONES.

suum furorem effunderent, atque tormen-
tis eius se fatiarent: O benedicite I E S V ubi
sunt discipuli tui, qui tecum in carcerem &
mortem se ituros spondebant: Vbi sunt qui
a te vitæ & sanitatis beneficium accepe-
runt: Heu solum te video, vnico tantum A-
postolo & afflicta matre tua, comitatum,
quæ cum te morti appropinquantem cer-
neret, nec vllum tibi auxilium prestare pos-
set, inter suspiria animo linguebatur. Cuius
aspectus, eò quod angustijs eius compate-
ris, pœnas tuas non parum accumulabat.

O Anima mea noli deserere I E S V M,
sed adiunge te illi, quia brachia
tenet expansa, vt te velut
carissimam filiam
complecta-
tus.

DOCTORES
CHRISTIANI

CI
ma
mai
bus
terre
liber
II
Chri
nie, se
ltes
tis &
III.
victo
suis v
ferre
onem
F
nes, te
Mady

DE PASSIONE CHRISTI. 55

CHRISTVS RESVRGIT A
mortuis. Matth. 28.

PRINCIPA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE quomodo ab-
soluta redemptione humana, Ani-
ma Christi redemptoris cum potestate ac
maiestate in Limbum descendit, infernali-
bus istis monstris, nimirum Dæmonibus
terrorem incutiens, Sanctos verò Patres in
Limbo existentes ingenti gaudio delibutos
reddens, illosque è tenebricoso illo carcere
liberans.

II. CONTEMPLARE quomodo
Christus tertia die, virtute propria resurre-
xit, sole splendidior: quo factum est vt mi-
lites qui sepulchrum custodiebant, attoni-
tis & exterratis similes redderentur.

III. CONSIDERA quomodo IESVS
victor resurgens, pro eo quod se de hostibus
suis vicisceretur, in eos noua beneficia co-
ferre, illosque per Apostolorum prædicati-
onem saluos facere cogitauit.

DOCUMENTA.

FFili da etiam operam, vt exemplo Christi a-
nimabus in Purgatorio detentis, per oratio-
nes, ieiunia & elemosinas quantum potes, subue-
nias.

2. Qui peccato relicto ad nouam vitam resurgit, non modò pudore suffundit hostes anime sue, sed etiam alijs bono exemplo prælucet, quòd diuina maiestati acceptissimum est.

3. Fili discè à Christo inimicis benefacere, & certò tibi persuade, maiorem te coronam adepturum ex iniuriarum remissione quam ex earum ultione.

COLLOQVIVM.

Benedictio & laus tibi sit Seruator mundi, qui salutifera resurrectione tua, planetum nostrum in gaudium conuertisti. Benedictus sis, qui caelesti splendore tuo, tenebras nostræ mortalitatis dissipasti. Eia anima mea, surge ab vmbra mortali, quia Sol iustitiæ exortus est, tanti splendoris & claritatis, vt se intuètes mirum in modum soletur ac lætificet. O piæ Mariæ, properate vos quidem ad sepulchrum, inuenietis enim lapidem reuolutum, sed aromata vestra nulli vobis vsui erunt, quia gloriosa Christi anima, corpori suo iterum sociata, ludque sole speciosius atque splendidius reddidit. O Angeli: o cœli: o terra: o crea-

DE PASSIONE CHRISTI. ^{Se}
tura omnes, quæ in procellosa Passionis
Christi tempestate maestitiam vestram al-
teratione stupenda demonstrastis, exultate,
& læta voce concinite, *Alleluia*. Quia Do-
minus mortem destruxit, humanum genus
à diaboli tyrannide vindicauit, & foeliciter
ad obedientiæ portum prouectus est.
quia omnia, quæ ipsi à Patre
imperata fuerant,
perfecit.

67 CHRIS

CHRISTVS MATRI ET ALI-
js apparet. Matt. Ioan. &c.
Cap. vlt.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE, quomodo
Christus glorioso cum corpore re-
furgens, exrempto se contulit ad salutandā
& letificandam mæstissimam matrem suā,
quæ in cubiculo suo reclusa, amaram illius
Passionem secum mente reuoluens, à la-
chrymis nunquam se abstinebat.

II. **A**SPICE benignissimum IESVM,
qui victoriosi Pastoris instar, post inferna-
lem lupum deuictum atque profligatum,
oues suas, dum ipse in lucta constitutus es-
set, dispersas, querit & congregat.

III. **C**ONSIDERA quanta cum cha-
ritate Christus post resurrectionem suam,
se discipulis, alijsque sibi deuotis ostende-
rit, vt à pectoribus eorum omnem de acer-
bissima passione conceptam mæstiriam de-
pelleret, & gaudio gloriose resurrectionis
sua corda eorum impleret.

DOCUMENTA.

I. **A**spice, vt Christus matri suæ rationem
habeat: sic & tu Parentes tuos reuerere
atque

DE PASSIONE CHRISTI. 65

atque honora, atque pro animabus eorum, si defun-
ti sunt, preces funde: quia pro te dum viuerent,
laborarunt.

2. Fili ne indigneris, si aliqui non satis rectè
se gerunt erga te: Vide vt Christus discipulos suos
à quibus in Passione sua desertus fuerat, congre-
ger.

3. Disce à Christo consulari afflictos: id enim
quia dilectionis affectus, & misericordie opus est,
DEVS non aliter quam sibi factum, suscipit.

COLLOQVIUM.

O Pijssime Saluator, condecens erat vt
nos te visitaremus, teque pro tantis
supplicijs & cruciatib⁹ nostri causa tolera-
tis remuneraremus, sed amotius tam in-
gens est, vt nouis donis & visitationibus
nos præuenias. O Virgo & mater, iure tibi
huius gaudij primitiæ debentur, quia
primus & maximus passionis CHRIS-
TI dolor ad te pertinuit. Gaude & læta-
re quia non te amplius mulierem sed ma-
trem carissimam appellat: non exhibet tibi
discipulum sed semetipsum: non in cruce
sanguine tabidum, cruentatum, & inter la-
trones pendentem, sed immensa gloria re-
splendentē, & Angelorum atq; Sanctorum
Pa-

Patrum è lyombo liberatorum caterua circumdatum. O Sancti discipuli deinceps nolite fugere, neque timere quod magistrum vestrum in manibus hostium dimiseritis, amor enim quo vos complectitur tam ingens est, ut huius vestrae iniuriæ oblitus, vos sine vlla improperatione, amantissimè amplexaturus & consolaturus sit. Quandoquidem ergo Domine tam promptus es ad consolandos amicos & in gratiam suscipiendos inimicos, fac, ut ego per alteram harum viarum, fructum suum sanctissimæ resurrectionis tuæ, particeps efficiam.

at.

CHRIST

I
C
I
elefi
bene
um d
amo
eis in
II.
inter
erept
le spl
vulne
conce
ac pro
III
Is s
enim
Chri
excep
eis, ta
thron

DE PASSIONE CHRISTI. 63
CHRISTVS ASCENDIT IN
cælum. Matt. Cap vlt.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo Christi
Iesus expleta Patris obedientia, & Ec-
clesia sua nouella sufficienter instructa,
benedixit ei in Monte oliueti, vbi cum e-
um omnes adorassent, & cum lachrymis
amoris amplexati fuissent, facultate in ab-
eis in cælum abeundi accepit.

II. **C**ONSIDERA, quomodo IESVS
inter Angelorum & SS. Patrum è lympo
ereptorum turmas in cælum ascendens, so-
le splendidior apparuerit, & sacra ipsius
vulnera (quæ ad iram Patris aduersum nos
concitati mitigandam retinuit,) non aliter
ac preciosissimæ gemmæ refulserint.

III. **A**SPICE gaudium quod in cælis
IESVS redeunte celebratum fuit: Reseratis
enim cælis omnes beati Spiritus obuiam
Christo effusi sunt, illumque venerabundi
exceperunt, & suauiter cum melodia & canti-
eis, tanquam gloriosum triumphatorem ad
thronum gloriæ perduxerunt.

DOCY.

1. **S**I Christus nō ascendit in caelum nisi confessa
prius obedientia Patris, quomodo tu illuc a-
scendes, si diuinis mandatis non obtemperes?

2. **V**ulnera Christi, iram DEI, peccatis tui
offensi placabunt, si à peccando te abstineas: sed in
ijsdem perseverando, ingratitude tuam vehe-
mentius arguent, duriorisq; castigationis tibi cau-
sa erunt.

3. **F**ili si desideras caelos triumphans ingre-
di, necessarium est, quod vincas te metipsum, inor-
dinatas appetitiones tuas edomando ac mortifi-
cando.

COLLOQVIUM.

O Clementissime Domine, quamuis si-
las quadraginta horas, quibus in se-
pulchro morā fecisti, satis liberaliter, qua-
draginta diebus quibus cum grege tuo cō-
uersatus es, compensaueris, nihilominus
fieri non potest, quin magnum de tuo dis-
cessu dolorem concipiat, fieri non potest,
quin lachrymetur & suspiret, quod te tali
Patre, cuius verba erant verba vitae aeternae,
eius presentia Paradisi loco erat, priuerit.
O Anima mea quid agere statuis: cum di-
scipulis abitum dilecti IESU deplorare, an
cum

DE PASSIONE CHRISTI. 67

cum cęlestibus ciuibus, qui incredibili cum
gaudio, victoriosum Redemptorem nostrū
in cęlos suscipiunt, lætari & exultare? Heu
Domine, manere in terra sine te intolerabi-
le mihi est, & tecum abire mihi non conce-
ditur. Plangam igitur quod in hac valle la-
chrymarum remaneam, & lætabor, quod
recedas triumphaturus in cęlis. Pater eter-
ne, ecce dilectus filius tuus, qui manifestan-
do nomen tuum hominibus, glorificauit te
supra terram, omnibus quę ipsi faciendę
Imperatęras confectis, ad te cum inimico-
rum tuorum victoria & spolijs reuertitur.
O dulcis Iesus, quando quidem hæc est di-
es triumphi, & donorum distribuendorum,
hoc mihi singularis gratię loco impertire,
vt cor meum tecū seras, vt ego in hoc exilio
peregrinans, aliud nihil cogitem, nihil
cupiam, nihil desiderem, quam te

DE V M liberatorem meum,

bonum meum, & salu-

tem meam. A.

mcu.

LITA

LITANIAE

PASSIONIS DOMINI

nostri IESV Christi.

K yrie eleison.
Christe eleison.

Kyrie eleison.

IESV rex mitis Hierusalem ingressus.
miserere nobis.

IESV ad discipulorum pedes inclinatus.
miserere nobis.

IESV in cibum nobis datus. miser. nobis.

IESV sudore sanguineo in oratione per-
fusus. mis. nobis.

IESV osculo à Iuda traditus. mis. nobis.

IESV à ministris ligatus. mis. nobis.

IESV à discipulis derelictus. mis. nobis.

IESV Annæ & Caiaphæ presentatus.
mis. nobis.

IESV alapa à ministro percussus.
mis. nobis.

IESV à falsis testibus accusatus. mis. nobis.

IESV colaphis cæsus. mis. nobis.

IESV vinctus Pilato traditus. mis. nobis.

IESV ab Herode & eius exercitu spreus
& illusus. mis. nobis.

IESV Barrabæ posthabitus. mis. nobis.

IESV flagellis cæsus. mis. nobis.

DE PASSIONE CHRISTI. 60

IESV spinis coronatus. mis. nobis.

IESV à ludæis ad crucem postulatus.
mis. nobis.

IESV morte turpissima condemnatus.
mis. nobis.

IESV tanquam ovis ad occisionem ductus.
mis. nobis.

IESV clavis in cruce confixus. mis. nobis.

IESV cum iniquis reputatus. mis. nobis.

IESV à ludæis derisus. mis. nobis.

IESV felle & aceto in siti potatus. misere.
nobis.

IESV vsque ad mortem crucis obediens
factus. mis. nob.

IESV lancea transfixus. mis. nobis.

IESV de cruce depositus. mis. nobis.

IESV ab inferis victor reuersus. mis. nobis.

IESV in calum eleuatus. mis. nobis.

IESV in Patris dextera collocatus. miser.
nobis.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi.

parce nobis IESV.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi.

Exaudi nos IESV.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi.

miserere nobis IESV.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

70 LIT. DE PASSIONE CHRISTI

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Psal. 112. Laudate pueri Dominum &c.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. & clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

PRæsta quæsumus omnipotens DEVS,
vt qui pro nostris excessibus incessanter
affligimur, per vnigeniti tui passionem li-
beremur. Qui tecum viuit & regnat &c.

Verf. Exaudiat nos IESVS.

Resp. Et custodiat nos semper.

Amen.

FINIS.

R. P.

LVCAE PINELLI

E SOCIETATE

IESV,

MEDITATIONES

DE QVINQVE VVL-

neribus Christi: Et alijs Sano

guinis effusioni-

bus.

QVAM VTILE
SIT CHRISTI VUL-
NERA CAETERAQUE

Dominicæ passionis Myste-
ria considerare, exemplis
aliquot demon-
stratur.

CAP. I.



Vod IESV Christo Domi-
no nostro grata & accepta
sit factorum vulnerum su-
orum, aliarumq; sanguinis
effusionum consideratio,
præterquam quod varijs &
eximijs beneficijs, quibus eos, qui horum
mysteriorum contemplationi se totos tra-
diderunt, decoravit, vti paulò post dicitur,
testatum fecit, hoc etiam argumento de-
monstrari potest. Quemadmodum is qui
fortiter decertavit, & è prælio victor excelsit,
naturaliter gaudet, cum ab alijs virtutè
& industriam suam in configendo, refecti
percipit; eodem modo Seruatori nostro
nihil gratius accidere potest, quam si nos
videat per sedulam meditationem, assiduo
mente reuoluerè, virtutem quam in passio-
nis

nis suæ certamine ostendit, eò magis, quo victoria quam adeptus est, nostra potius est, quam ipsius. Præterea non potest ei non esse grauissimum, quod hac ratione gratum animum tantique beneficij memorem nos exhibere cernat.

Adde quod cum consideratio vulnerum Christi, sit animabus nostris maximè salutaris, fieri non potest, vt non valde acceptum sit ei exercitium hoc, propter ingens desiderium quo tenetur, profectus nostri, S. Bernardus de semetipso affirmat se ab ineunte conuersione sua, pro aceruo meritorum quæ sibi deesse sciebat, fasciculum sibi ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus Domini sui collegisse, atque inter vbera sua collocasse, iuxta illud Cantici Canticorum: *Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* hoc est: Se statim in principio suæ conuersionis, Dominicam Passionem meditari cœpisse, & hac ratione ad eam quam adeptus fuit, perfectionem peruenisse. Ideoque exercitij huius utilitatem intelligens Monachos suos frequenter hortabatur, vt per ostium, hoc est per sanctissima manuum, pedum, ac lateris vulnera, ad Christum ingrederentur.

Sanctimonialis quædam, quæ S. Bernardi temporibus vixit: eodẽ Bernardo referẽte,

d

ad

ad Christi vulnera & passionem, tam piam
 gerebat affectionem, vt sapenumero ad
 Dominicę passionis honore ac memoria,
 supra cordis locū crucis signum digito pin-
 geret. DEVS autem aliquot annis post
 mortem ipsius declarauit, quā accepta illius
 fuerit hęc deuotio: inuentum eadē fuit
 corpus illius in sepulchro, profusū patre-
 ctum & consumptum, sed digiti ille qui
 crucē formare cōsueuerat, integer & pectus
 est. Argentorati, quę ciuitas Germaniæ su-
 perioris est, fuit Religiosus quidam & familiaris
 S. Dominici, ita Dominicę Passionis medita-
 tationi addictus, vt post mortē ipsius inuen-
 ta fuerit, in osse pectoris quod coram pectus
 mū est, crux miraculose insculpta, cuius pes-
 in acutum desinebat, in brachijs autem de-
 summitate lilia seu rosa calare erant,
 quo indicabatur eximia Religiosissimi pi-
 ritas. Ad miraculosam hanc crucem conuen-
 dam, plurimi ex remotis mundi partibus
 cōcurrerūt, inter quos fuit quidam, a quo hi-
 storia hęc scriptis consignata est, qui quad-
 draginta miliaria confect, vt huius prodigi-
 gij oculatus inspector esset.

In monte falcone, quę vrbis in vmbri-
 sita est, corpus B. Clarę conditum in
 in cuius corde, nostro etiam tempore, im-
 aia mysteria & insignemta Dominicę
 Passi-

DE VULNER. CHRISTI. 73

Passionis, insculpta cernuntur, fauore
singulari, qui a DEO illi praestitus fuit, ad
perennem memoriam deuotionis, qua
sacra Christi passionem, quotidie recolere,
et assidua consideratione secum tractare
consueuerat.

Laurentius Surius, Cartusianus refert, de
Comne Ariano, in vita ipsius, cum nul-
lo, ut quam in iuris, aut aduersitatibus per-
turbaret, & a gentis statu deici potuisse,
cujus causam cum aliquando rogatus fu-
isset, respondit: Se quando aliqua in-
gruet aduersitas, in Christi vulneribus
se abscondere, hoc est, mysterium ali-
quod Dominicae passionis tam diu secum
menare, pertractare, quousque transisset
aduersitas.

Cui responsioni S. Bernardus astipu-
latur, qui ex iisdem vulneribus marty-
res, fortitudinem suam hausisse scribit.
Dum enim a Tyrannis & carnificibus im-
manissime torquerentur, animae illo-
rum in consideratione ac meditatione vul-
nerum CHRISTI delitescant, ex iisque
inuitum illud robur, ac vires humanis
maiores hauriebant, quod nihil aliud erat
quam sugere mel de pera, oleumq; de saxo du-
rissimo.

Alphonus primus Portugallie Rex, a to-

to regno suo speciali edicto promulgato, sacra Christi vulnera singulari religione ac pietate coli voluit. Causa hæc fuit. Cum aliquando cum Mauris congressurus esset, illosque pluribus Regibus in auxilium vocatis, numero militum & robore longe superiores esse animaduertens, animo hæsitare cepit an cum illis manus confereret. Cumque dubius animi quid ageret non satis explicaret, apparuit ei Christus, sacris quinque vulnerum stigmatibus insignitus, quavis ratione animo confirmatus, prælium cum dei hostibus iniit, illisque prostratis victor domum rediit. Inde factum est, ut Portugaleses in armis suis ad perpetuam memoriam, quinque vulnera gestant.

DE FRUCTIBVS QVI EX CON-

*sideratione vulnerum Christi
hauriuntur.*

CAP. II.

S. Bonaventura (neque id sine ratione) affirmat nullum esse in presenti vite exercitium, quod hominem ad altiore perfectionis gradum sublimare valeat, quæ medi-

meditationem & considerationem virtutum & exemplorum Christi: eorum precipue, quae in sacratissima passione sua nobis praesunt. Ratio est: quia exempla virtutum à Christo in peressione sua ostensa, potentissima sunt & perfectissima. Nullus enim unquam in mundo extitit, qui tam profunda humilitate, tam ardenti charitate, tam prompta & perfecta obedientia, tam constanti patientia praeditus fuit, quàm DEUS filius. Haec autem virtutes pia mentis reflectione à nobis, consideratae & animo operatae, tres admirandos in nobis produciunt effectus. Primus est. Animos meditantium ad earundem virtutum amorem accendunt: ex hoc autem amore desiderium eas acquirendi, & infatigabile studium pro iisdem adipiscendis proficiscitur. Secundus est. Eadem virtutes fiunt illis armavallidissima, quibus se cōtra vanitates ac deceptiones fallacis huius mundi muniant ac tueantur. Qui enim ex vna parte considerant DEUM filium in hac vita humilem, pauperem, obedientem & patientem extitisse: ex altera verò mundum hunc superbū, arrogantem, atque diuitiarum & honorum cupidissimum esse cernunt, facile sibi persuadent, mundum ex inanitate atque mendacitate conflatum esse, suosque amato-

res decipere; quandoquidem illis, quæ
Christus æterna Patris sapientia, ideoque
falli non valens, elegit, contraria sedatur.
Ex virtutibus igitur Christi consideratis,
mundi contemptum animo concipiunt,
adeoque vitia illius medullitus deestantur
& fugiunt.

Tertius est. Virtutes illæ, attenta medi-
tatione pertractatæ, animos meditantium
ad Christi amorem inflammant; vir-
tus enim tantæ fortitudinis est, ut etiam
in hostibus conspecta diligatur. Qui au-
tem Christum Dominum (vni patet) di-
ligunt, omnia extra ipsum facili negotio
aspernantur, uti experientia luce clarius
demonstrat. S. Bernardus ut nos ad medi-
tationem virtutum Christi induceret, affi-
mat eum hominem in adipiscendis vir-
tutibus frustraneo labore consumi, qui
alibi se illas inuenturum speret, quam in
Domino virtutum, id est, in C. H. B. S. T. O.,
qui est absolutissimum omnis
perfectionis exemplar, temperantiæ
regula, & illustre patientiæ vexil-
lum.

Ad imitandum vero diuinum hoc ex-
emplar, duo nobis necessaria sunt, quæ
DEVS Moysi ostendit, quando Exodi

cap. 25. sic ait: *Inspice* 3. & *fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Quae verba nobis etiam dicta sunt. Exemplarem quod nobis imitandum proponitur, est **CHRISTVS**, crucifixus in monte Calvariae. Hunc vt imitemur, primo necessarium est *inspicere*, id est considerare & meditari opera & virtutes quas **CHRISTVS** in passione sua exhibuit. Deinde *facere*, & operari quantum fieri potest, secundum **CHRISTI** virtutes, quemadmodum ipse apud Ioannem capit. 12. monet, *Exemplum*, inquit, *dedit vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Est & alius orationis mentis fructus, nimirum quod hominem ad **DEUM** & rerum caelestium amorem inflammet, vt **S. Augustinus** testatur super illis Psalmistae verbis, *Psalmus 3. In meditatione mea exardescet ignis.* Hoc autem verissimum esse, non difficulter probatur. *mihi, misericordiam omnium.*

Qui enim attentè secum expendit, quae **DEVS** sui causa fecit & quae **CHRISTVS** in vita & passione sua, vt nobis caelestia regna conquiret, toleravit; fieri non potest quin amore in **DEVM** inflammetur, & in **CHRISTVM** totus transformetur. Imo illa sola consideratio, quod

d 4 D B Y 9

DEVS prius nulla ad hoc impulsus
 necessitate dilexerit ad cor, quod etiam frigidissimum, inflammandum sufficit. Quid
 autem fiet si secum reuoluat, Christum
 DEI filium pro nobis ignominiosissimam
 mortem, cum tantis cruciatibus subire vo-
 luisset. Quis non totus amore flagret in co-
 templatone horum excessu diuinae cha-
 ritatis? Quis diuina precepta & legem Chri-
 sti, non ex amissim seruet & exequatur,
 quia horum impletio, est certum amoris in
 DEVM argumentum?

Et hanc reor potissimam esse causam,
 cur Demon totijs ac rationibus, ratio-
 nem mentis impedire conetur, eique sese
 addicere volentibus, tam varias difficulte-
 tes obijciat, vt animum abijciant, & eam
 omnino relinquunt. Videt enim per Medi-
 tationem, ad Creatoris sui amorem, homi-
 nes inflammati. Videt illam esse certissi-
 mum ad perfectionis Christianae consecu-
 tionem medium: illa enim efficit vt vicia
 odio habeantur, virtutibus vero acquiren-
 dis opera impendatur. Ideoq; saluti & per-
 fectioni nostrae inuidens, omnem lapidem
 mouet, vt eam impediatur, aut si possit, om-
 nino ab hominum mentibus tollat. Eodem
 artificio vitur in Confessione: qua cum
 apprimè necessaria sit omnibus in peccato
 mortali

DE V. VVLNER. CHRISTI. 81

mortalis existentibus, nihilominus peccato-
toti eam adeo difficilem & verecundam
esse persuadet, vt sapienter eam vel om-
nino deserat, vel certe non recte instituat.
Sed qui hac ratione ab inimico se circum-
uenti patiuntur, nimis angusti animi sunt;
Itaque sero rem ipsam experientur, in-
ueniunt vtique nec confessionem, nec ora-
tionem mentis difficilem esse homini ad
vencendum prompto & deliberato.

DE HODIE, SEQUENTES
*meditationes cum fructu insti-
tuendi.*

CAP. III.

Conius est hoc loco præsупponere ali-
quid, quod vero verius esse nemo in-
hietas ibi: nimirum: Eum qui in oratione
mentis contentus est solum Dominicę pas-
sionis mysteria considerare, & intellectu
tantum circa quinque Christi vulnera, vel
alia passionis & mortis eius puncta ratio-
cinari, fructum perfectum, inde non perci-
pere: quamuis magnum ex ijs gustum &
consolationem hauriat, hoc enim aliud
nihil est, quam mensam varijs & exquisitis
d s. epulis

epulis refectam aspicere, nec quicquam eorum quæ in ea sunt ori adiuuere atque manducare.

Finis enim meditationis est, vitam componere, & virtutes acquirere: quod non fit nuda Dominicæ passionis, aut mysteriorum eius particularium consideratione. Necessarium est igitur post mysterij considerationem, quod est veluti fundamentum, fructus venire ad opus, & ad aliquem affectum voluntatis. Et hoc est quod DEVS Moysi (vbi supra dictum est) ait: *Inspice & fac*. Idem significare voluit CHRISTVS quando in persona sponsi, Canticorum primo animam nostram sic alloquitur: *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Ecce considerationem vt *signaculum super brachium tuum*: Ecce operationem quæ per brachia significatur. Quare cui sola mysteriorum Dominicæ passionis meditatio sufficit, hicque hæret: similis est ei, qui fundamentum alicuius adificij iacet, ibique subsistit: sicut autem evidens & clarum est, nihil hunc ex iacti fundamento utilitatis vnquam percepturum, nisi muros erigat, tectumque superinducat, ita ille qui post meditationem, ea non vsitur ad benè agendum pro salute anime suæ.

luz, nunquam debitum ex ea fructum percipiet.

Sacri Doctores de hac materia tractantes, aiunt septem esse affectus, ad quos voluntas in vulnerum passionis CHRISTI meditatione commoueri possit.

Primus est, *Compassio*, qua quis eius, qui ad ueritatem aliquam sustinet, commiseratione tangitur, adeoque animo ac voluntate ad ueritatem siue dolorem patientis in seipsum transfert, & quodammodo alius doloris participem se facit. Hic affectus compassionis non modo gratus est patienti, sed etiam aliqua ratione alterius dolorem mitigat & tolerabiliorem reddit: quemadmodum è contrario, fatidum quod quis ex aliorum derisionibus percipit, eandem aggrauat. Qui Dominicæ Passionis mysteria considerando ita Christo compatitur, præterquam quod gratum ei præstet obsequium, non est sine remuneratione, iuxta illud Apostoli ad Romanos, ca. 8. *Si tamen compatimur, ut & con-*

gloriamur.
Ad exhibendam Christo hanc compassionem duo proderunt: Primum est: considerare personæ CHRISTI patien-

tis conditionem, Alterum tormentorum
 qua passus est acerbitatem secum expen-
 dere.

Secundus affectus est. *Compunctio sine dolore
 de peccatis.* Hic affectus prouenit, conside-
 rando Christum Dei filium pro peccatis
 nostris immania que in passione sua pertu-
 lit, tormenta sustinuisse, speciatim tormen-
 tum illud, quod animo tecum petraetas,
 siue sit flagellatio, siue coronatio, siue al-
 liud quodlibet mysterium. Ad assequendam
 hanc compunctionem & dolorem de pec-
 catis cogita malitiam peccati tantam esse
 ut necessarium fuerit Deo filium mor-
 tem subire, quo illud expiaret, atque dele-
 ret.

Tertius affectus est. *Gratiarum actio.* Qui
 proficiscitur ex beneficiorum quibus ipse
 Christi passionem ornati & cumulati sum-
 mus consideratione: hanc autem gratiarum
 actio non tantum in verbis, sed etiam, &
 quidem praeipue, in operibus consistere
 debet. Ad hunc affectum excitandum pro-
 derit secum reuolueri, per Christi passio-
 nem & scaturigo est, liberatos & gratia diui-
 na, qua omnis boni fons & initium est, im-
 cupletatos fuisse. Quod vero Dominus Ma-
 iestatis, tantum beneficium, tantis labori-
 bus

DE VULNERE CHRISTI. 85

bus & cruciatibus emptum, nobis abiectif-
simis creaturis gratis imperauerit, obstu-
pescendum est, adeoque si ingrati extiteri-
mus, omni supplicio dignum.

Quartus affectus est. *Spes eterne salutis*,
quæ in nobis ex effectuum Dominicæ pas-
sionis consideratione gignitur. Si enim ad
consequendam beatitudinem necessaria
nobis est munditia cordis, habemus in ea
Christi sanguinem ex sacris eius vulneri-
bus profluentem, atque animarum nostra-
rum maculas abluentem. Si terret nos exa-
minis, quod supremus viuorum ac mor-
tuorum iudex de cunctis actionibus & co-
gitationibus nostris instituet, seueritas: ha-
bemus in ea satisfactionem superfluentem,
& merita passionis immanis valoris ac pre-
mi. Habemus præterea illum Iudicem, qui
advocatus & Redemptor noster fuit, quiq;
pro nos saluaret sanguinem & vitam suam
nobis donauit. Si denique exanimat nos
debilitas nostra, quod videlicet ex nobis ip-
sis nec habeamus nec possimus, quicquam:
animat nos è contrario passio Christi, quia
omnia quæ in ea Christus pro meritis est
nobis sunt, adeoque ex illius sacra passio-
ne nostra spes erigitur.

Quintus affectus est. *Admiratio*. Quæ in
Christi Saluatoris Passione consideranda est
ingens

ingens est, ut etiam hominem pro stupore,
extra se rapiat. Quis enim vaquam sperare
potuisset, quod Dominus gl'ria & torus
vniuersi creator, pro illis a quibus offensus
erat, inmanissima tormenta subiret. Hinc
nascitur in animis hominum tanta dilec-
tionis stupor, & tanta patientia admi-
ratio: Et ad semetipsos postea sese reflecten-
tes, admirantur exiguam suam patientiam
& remissum desiderium pro Christo, qui
talia pro ipsis passus est, aliquid patien-
di.

Sextus affectus est. *Amor DEI*, ad quem
mouetur voluntas nostra ex consideratione
ne omnium & singulorum mysteriorum
Dominicæ Passionis, quandoquidem in
ea immensum amorem suum erga nos præ-
cipue demonstrauit. Et quis non diligit
eum, qui ut nos locupleraret egenus factus
est? qui ut nobis vitam impertire, mortem op-
petere voluit? Si maxime dilectionis indi-
cium est mori pro amicis, quantæ est mor-
tem subire pro inimicis? Hoc solum suf-
ficat ad conterenda & emollienda etiam
adamantina corda, & inflammandas et-
iam frigidissimas voluntates ad DEI amor-
nem.

Septimus & postremus affectus est *tristitia*.
Considerate enim intellectu, admirandas
quas

quas Christus in passione sua ostendit virtutes, voluntas ad eandem quo ad fieri potest, imitandas excitatur, si tamen homini iam insit desiderium Christianæ perfectionis adipiscendæ: in qua, quia Christus eandem perfectionis Magister & exemplar est, tantò erit absolutior, quantò fuerit Christo similior: tantoque erit Christo similior, quantò eidem in virtutibus fuerit conformior, quantoque accuratius se ad illius exemplum per omnia composuerit.

Virutes autè quæ à CHRISTO in passione sua exhibitæ fuerunt, atque à nobis imitandæ, sunt hæc:

Prima est *Humilitas*, quæ in CHRISTO fuit profundissima, quia cum esset Rex gloriæ, non erubuit ludibrijs & contumelijs onerari, Barrabæ latroni posthaberi, atque inter duos latrones medius, tanquam facinorosissimus eorum, crucifigi.

Secunda est *Charitas*, quæ in Christo fuit ardentissima, pro inimicis enim suis passus est & pro crucifixoribus suis intercessit: & ut vno verbo dicam, talis fuit charitas ipsius, ut neminem vnquam inimicum habuille animaduersus fuerit.

Tertia.

Tertia est, *Obedientia*; quæ in Christo præcipua & exactissima fuit; quia non modo Patri, sed etiam tormentibus suis obedientissimus extitit.

Quarta est, *Patientia*; quæ tamen facta in Christo ut inmania illa tormenta quæ per tulit, tam placide & æquanimiter sustulerit, quasi nullum ex ijs hausset dolorem, quem tamen maximum, cum propter simpliciorum gravitatem, tum propter complexionis teneritudinem sentit.

Quinta est, *Mansuetudo*; quam Christus in eo demonstravit, quod tot iniurijs affectus, tot etiam supplicijs iniuste tortus, nullum unquam iracundiæ, indignationis, aut impatientiæ signum dedit, nec vel verbo sibi iniuriam fieri questus est.

Sexta est, *Liberalitas*; quæ ex eo patet, quod pro nobis vestes, famam, sanguinem, & vitam suam donavit.

Septima est, *Mundi contemptus*; Quandoquidem in passione sua ea quæ mundus fugit, ut sunt irrisiones, cruciatus, opprobria complexus est: ea vero quæ mundus amplectatur, ut sunt honores & vitæ commoda, fugit.

Octava est, *Perseverantia*; quia in cruce usque ad mortem perstitit, imò & post mortem lancea latus suum transfodiri voluit.

In meditatione igitur quisque aduertet, ad quem potissimum ex his affectibus mouetur & trahatur, eique se totum tradat. De præterea operam, vt eo die aliquos illius virtutis, quæ in meditatione imitandam esse didicit, actus exerceat: quia ex frequentibus actibus, virtutes acquiruntur.

MEDITATIO

De vulneribus manuum Christi
Seruatoris.

PRÆCIPUA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima mea facere Domini tui manus, quæ tam admiranda salutis tuæ constituendæ causa operata fuerunt, modo ferreis clavis immantèr transfossas, & cruentatas, idque

duxerunt gratia. Veruntamen noli putare, quod aspectus clavis Cruci affixæ pro utilitate tua operari desierint. Quia unicuique manus vulnus factum est os, & sanguis ex eo profluens, factus est lingua, clara voce à Patre misericordiam & veniam tibi postulans.

CONSIDERA ingentes & luctuosas deiectiones, quas Seruator tuus passus est, quando

quando manus eius duris clavis vi malle-
orum, transuerberatae fuerant, scum illae
partes admodum tenerae, delicatae atq; sen-
sibiles sint.

4. CONTEMPLARE quomodo pa-
tientissimus IESVS non modo contra
crucifixores suos, sed nec contra ludos,
necis suae auctores excanduit, sed illos apud
Patrem suum excusauit, illum que, vt scele-
ris huius maximi veniam ipsis tribueret,
rogauit.

5. INTVERE ingens illud tormen-
tum quod Christus sensit, quando Crucem
inuerterunt, vt clauorum per lignum cru-
cis transactorum, acies reuerberarent, qui
quoniam crassi & informes erant, maxima
vi ad reuerberationem egebant, vnde fa-
ctum est; vt non tantum manus sed etiam
totum corpus illius vehementer afflictum
& quassatum fuerit.

6. CONTEMPLARE anima mea,
quomodo consummata manuum trans-
fixione, propterea tamen tristitia Christi
deliquia finem non sumpserint. Quanto e-
nim diuuis in cruce pendebat, tanto vul-
nere manuum ex mole corporis magis
amplificabantur, tantoque maior ex illis
copia sanguinis profluebat, maioremque
Christo dolorem ad ferebant.

7. RE VOLVIT anima mea, quod non sine mysterio Saluator mundi brachia sua in cruce ad eum modum extendi voluerit: ut nimirum te ad amorosum amplexum inuitaret, atque intra pectus suum, pretioso sanguine suo prius ablutam & purificatam collocaret.

COLLOQVIVM I.

O Domine nonne sunt hæ manus illæ, quæ quicquid in cælo & terra boni, quicquid speciosi continetur, creant? Quid sceleris consciuerunt, quod illas ita modo fauciatas & clavis foratas conspiciam? si nostra pomum vetitum carpendo peccarunt, cur tuæ sceleris huius pœnas lunt? Amor est, qui facit ut exolvas quæ non rapuisti, O anima mea, quid de manibus nostris fiet, quâdo ab eis in die iudicij ratio repetetur?

DEVS contulit nobis manus ad benè agendum, & pro defensione honoris ipsius præliandum, nam hunc in finem, docet manus nostras ad prælium, & digitos nostros ad bellum. Sed heu! nos eas ad manus ipsius

Cruca

Cruci affigēdas, adhibuimus. O pie Iesus, quam bonus, quam amotofus es. Dam nos sceleribus nostris manus tuas confingeremus, tu in mensa crucis. Patri pretium redemptionis nostrae annuerebas. Non enim auro Domine, non argento, sed pretioso sanguine tuo redempti sumus. Hic sanguis est pretium & redemptio nostra, qui quoniam pretiosissimus & immensi valoris est, à diuina iustitia refutari nequit. O Pater aeternae, ne requiras unquam de manibus Iudaeorum sanguinem filij tui, ecce enim Christus in manibus suis habet, ubique offert pro nobis, proque peccatorum nostrorum expiatione, litrum redemptionis nostrae.

COLLOQUIVM. II.

ASPICE anima mea quomodo manibus Seruatoris tui in ligno crucis arborem myrrham distillent, ut ab omni corruptione seruentur illa sam. Anima uerte myrrham hanc, quae de sacris habet uulneribus profluit, esse distillatam. Christus enim amore nostri, retinuit sibi omne fastidium & omnem amaritudinem illius, ut nos dulcem & suauem, eius fructum gustaremus. Ille agit poenitentiam, & merita

D.
veto
nas
mer
tati
-p
scrip
Quo
epux
Quo
Man
nem
His
bus
win
-ep
neco
tem
Eia
Cal
-oro
-chia
-re
-up
-bus
-nū
-tra
-rū
-aue
-127
-127

vero nostra sunt: innoxia manus ipsius pe-
 nas luunt, quas sceleratae manus nostrae
 meruerant: O charitatem sine vlla spe utili-
 tatis. Inuere adhuc quod in manibus Le-
 uis scriptum sit, AMOR. Vis nosse quis
 scriptor fuerit? Amor. Quae penna? Clauis.
 Quod sacramentum? Sanguis. Quae mensa?
 Sepulchrum. Quae charta? ytriusque manus vola-
 que. Quo nihil aliud innuitur, quam Amorem
 manus Christi Domini tui ligasse, ne vltio-
 nem de peccatis tuis sumerent. Amor in
 illis vinctos produxit sanguinis riuos, qui-
 bus maculam tuarum maculae abluerentur,
 innocentes redderentur, quibus etiam
 mundaretur; quia ytrunque
 necessarium est, vt possis ascendere in mon-
 tem Domini & stare in loco sancto eius.
 Eia anima mea, ascendamus in montem
 Caluariae: non cernis quod Christus libera-
 tor esset instar boni aucupis, erigat bra-
 chia, nobisque cibum in manibus suis ostē-
 dit, vt nos tanquam aues domesticae ad
 ipsum conuolemus, in sacris eius vulneri-
 bus quiescamus, & pretioso sanguine illius
 nutriamur. Aduolemus igitur, & non me-
 tuamus quod clauorum acies nos saucia-
 turae sint: per lignum enim crucis vsque ad
 auresam partem transierunt.

ORATIO

ORATIO.

Amorosissime IESU, qui ut nobis victoriam contra inimicos nostros obtineres, manus in ligno crucis erexisti, quae non ab hominibus uti Moysi, sed à clavis sustentata fuerunt. Te obsecro per dolorem quem in earum conluatione sensisti, & per pretiosum sanguinem, qui e manibus tuis, profluxit, da mihi gratiam & fortitudinem aduersus passionem meam fortiter & constanter pugnandi, de qua ipse triumphandi. Recordare Domine, quod me, ut caelesti regno fuerer, manus tuae crederent auerint; sed nisi fiat manus tua ut saluet me, facile salutis meae iacturam patiar, & ligatis manibus & pedibus in gehennam ignis aeterni projiciar. Pone dexteram tuam super me, sic enim de victoria securus ero, etiam si cuiusuis manus pugnet contra me. Amen.

MEDI.

MEDITATIO

De vulneribus pedum Christi.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima mea, & simul adora pedes CHRISTI seruatoris tui, qui hucusque pro tui amoris laborauerunt & fatigati sunt; & nunc transfodiuntur & cruentantur, pro abolendis peccatis tuis, & sanandis vulneribus tuis.

ASPICE anima mea, quomodo hi sanctissimi pedes suppedaneo Crucis innitantur, non ut aliquam ex eo requiem & consolationem accipiant, ad quem usum scabellum inuenta sunt; sed ut acerbius ex duris clavis, quibus transfixi sunt, torqueantur.

CONSIDERA IESUM sceleratissimis etiam hominibus inhumanius tractatum fuisse. Multi enim latrones & homicidæ compedibus inclusi & vincti fuerunt, sed sine sanguinis effusione. Saluator autē

non ita, sed pedes eius crudeliter transfossi
& ad crucis compedem conclauati fuerunt.

4. **REVOLVE** tecum, quam ingens fuerit amor Christi, qui ut pedes nostros dirigeret in viam pacis, pedes suos asperis clavis transuerberari voluit, ut hac ratione pedum nostrorum excessus lucret atque expiaret.

5. **CONTEMPLARE** anima mea, quod Christus cum adhuc liber esset, nudis pedibus tæ utilitatis causa, multa itinera confecerit: modo autem eos amplius mouere non valens, quia cruci affixi sunt, per exiguum illum sanguinem, qui in illis reperiebatur, asperi clavi lanceola sauciatus, donat.

6. **CONSIDERA**, quam acerbus dolor fuit, quem Christus ex pedum suorum ad crucem conclauatione sensit: cum enim partes illæ ossibus & nervis refertæ sint, necessarium fuit, ut caro eorum quassaretur, nervi distenderentur & loco mouerentur, ossa denique romperentur, quo clavis penetrare posset.

7. **REVOLVE** tecum quantus cruciatus Christo fuit, quod clavis pedum ipsius, magna ex parte totius corporis molem sustineret, quæ paulatim descendens, vulnus ipsum

ipsum maius reddebat, & acerbiorera
Christo dolorem adferebat.

COLLOQVIUM. I.

Quid sibi vult, Saluator mi, ferrum
hoc quo pedes tuos transfossos con-
spicit? Nunquid o iudaei, Christum fugam
meditari, aut sine cruce ambulare velle pu-
tatis, quod pedes eius cruci affixistis? Non
erat hoc merendum, quia spontanea vo-
luntate sua iam inde, a primis incunabilis
participit, certus nunquam Crucem dese-
rere, Mancipijs iisque non omnibus, sed
fugitiuis duntaxat pedes ferro constrin-
guntur, ne fugam capessant.

Cuius autem tu Domine mancipium es?
Quis tam duros pedibus tuis compedes in-
iecit? Si Deus Pater de coelis te misit, vt
nos a Daemonis seruitute vindicares, quo-
modo mancipium es? Si, iudaeis in hortum
Gethsemani irruentibus, vt te caperent,
obuiam illis iuisti, teque vincendum obtu-
disti, quomodo fugitiuus es: heu! video cru-
delem Synagogam, immitius te tractasse,
quam mancipia tractantur: illorum enim
pedibus compedes ferre sine pedum sau-
stione aut sanguinis effusione circum-
ponuntur: Synagoga vero, vt tibi acerbio-

rem subministraret dolorem, pedes tuos ferro aprauit, & vulnus iuxta clauum crassitiam tibi infixit. Sed tu amorose Domine, omnia ad nostrum bonum conuertisti, quanto enim maior sanguinis copia ex his sacris vulneribus tuis profluxit, & quanto maiorem in pedum tuorum transfixione, dolorem & defectiōnem sustulisti, tanto maius est meritum tuum. Nos Domine sumus mancipia & serui peccati nostris pedibus ferrum & compedes conueniunt, non tuis, qui nunquam scelus aliud quod consciuisti, *nec offendisti ad lapidem pedum tuum.*

COLLOQUIVM II.

GRatias tibi immortales o Christe, confero, quod ligari voluisti ut me ad vinculis absolueres, sed nosti, quod *ubi spiritus Domini ibi libertas.* Impartire ergo mihi spiritum hunc, ut liberatus à seruitute corruptionis, transeam in libertatem filiorum DEI.

Quis det oculis meis fontem lachrymarum, ut sacra vulnera pedum Liberatoris mei fletibus abluam? Quis tribuat mihi unguentum ut eos perungam? O S. Magdalena, quæ rectè intelligebas quanti

DE V. VULNER. CHRISTI. 99

Interflet his sanctis pedibus semper assidere: quæ noueras etiam quantæ consolationis esset eos osculari, & lachrymis irrigare: instrue me quomodo illud agere debeam, ut cor meum conteratur & emolliatur; atque oculi mei lachrymas tam vberes profundant, ut vulnera pedum Christi abluant: & ex sanguine illius lachrymis meis permixto, tale fiat unguentum, quod sanet vulnera animæ meæ. O sacer clauus, quando quidem truculenti illi satellites, nulla Christi commiseratione tanguntur, tu saltem compatere illi, & scito pedes hos, quos cruci conclauatos tenes, pedes esse Domini tui, qui tibi duritiem & esse dedit, quo non ad ipsius perniciem, sed obsequium vtereris. Quoniam ergo non distitisti potius in mille partes, quam quod pedes factoris tui transfoderes; modo saltem igne charitatis eius emollitas, noli esse durus in iisdem pedibus sustentandis.

ORATIO.

Benignissime IESU, per summum illum
dolorum, quem passus es in sacris pedi-
bus tuis: & per pretiosum illum sanguinem,
quem ex eorundem pedum vulneribus pro-
fundisti, te rogo, ignosce mihi omnes erro-
res, quos in sequendis fallacis huius mun-
di semitis commisisti: in quibus erravi sicut
ovis quæ perijt. Sed tu misericordissime
Domine qui de cælis descendisti, ut quæ-
res ovem in deserto perditam, quære ter-
uum tuum: Et ne deinceps errarem, sed in
via mandatorum tuorum perseverem, sit
lucerna pedibus meis verbum tuum &
lumen semitis meis. Recordare Servator
mi, quia homo factus es, non tantum ut me
redimeres à servitute peccati, sed etiam
ut esses mihi dux in hac peregrinatione.
Fac igitur Domine, ut ita te sequar, ut in
exitu animæ meæ tibi gratus agens dice-
re possim: Dominus direxit gressus
meos, & tenebræ me non
comprehenderunt.

Amen.

MEDI

MEDITATIO

De transfusione sacri lateris
Christi.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE anima mea, lac-
team qua Christus tui amore con-
fusus fuit, quæ tam profundum sacro la-
teri eius vulnus infixit, vt ad cor vsque pe-
netrauerit. Vnde sacræ literæ non aiunt,
militem lancea laus Christi vulnerasse sed
vt indicaret vulnus quod lancea
infixum fuit, valdè patulum & amplum
excisum.

2. CONSIDERA charitatem Christi
flagrantissimam, cui non fatis fuit dum vi-
ueret in omnibus membris suis cruciatum
fuisse, verum etiam post mortem cor suum
lancea transfigi voluit, vt sanguinem resi-
duum in eo latentem nobis impertire-
tur.

3. EXPENDE tecum inextinguibile
odium Iudæorum, quo Christum prose-
quebantur, quia non contenti viuentem
omnibus supplicijs excarnificasse, atque
contra fas & æquum neci dedisse, post mor-

tem etiam latus eius immaniter lancea
transuerberare voluerunt.

4. **INTVERE** quomodo ex facto
hoc vulnere statim seaturierit sanguis & a-
qua, ardenti amoris igne permixta: vt
videlicet homo aqua mudatus & sanguine
roboratus, amorosum Christi Seruatoris
pectus, ad salutem adipiscendam ingrede-
retur.

5. **CONSIDERA** sacrum huius la-
teris vulnus, esse ianuam illius thalamus, in
quo nuptiæ inter DEVM & Animam ce-
lebrantur, quarum sponsalium Amor est
paranymphus.

6. **CONTRA** Christum quidem lancea
huius per latus adacta dolorem non sen-
sisse, eò quod vita functus esset: sed B. Virgi-
nem MARIAM matrem eius, quæ sub
cruce stabat, summum ex eo dolorem hau-
sisse, quia enim Christum ardentissime di-
ligebat, supplicia quoque illius sua esse re-
putabat.

7. **CONTEMPIARE** anima mea,
qualis fuerit dolor matris Matri, quando
vidit lanceam in nudum pectus dilectissi-
mi filij sui vibrari. Quas defectiões & an-
gones senserit, quando eam tam valde
lateri eius insigi conspexit, vt tota Crux
contremisceret. Quantas denique angus-
tias,

gustias, perpeffa fuerit, quādo lanceā in pe-
ctus filij tranſiſſe, & ad cor vſq; penetratſe
intuita eſt.

COLLOQVIVM. I.

Exſtimabam Domine, mortem ſuppli-
cijs tuis finem attuliſſe. Rebar Iudæo-
rum odiū (te neci tradito & iſtis ſaturis)
reſtitutum fuiſſe, & tempeſtates omnes cō-
quieuiſſe. Cæterum non eſt ita: cerno enim
ſacrum corpus tuum etiam poſt mortem
vulnerari.

Fierine poteſt, hominis alicuius
ferocitatem tantam eſſe, vt ne mortuis
quidem pareat? Dic mihi, crudelis miles
quid ſceleris in te admittit Redemptor me-
us, vt latus eius lancea tranſuerberes atque
cor eius ſaucies? Si cor hoc aduerſum te, vel
aduerſum Iudæos immitte, durum & inhu-
manum extitiſſet, aliqua forſitan cauſa ti-
bi ſuppeteret in I E S U M. deſeruiendi, &
crudelitatem tuam explendi: ſed cum è
contrario ſemper fuerit cor compaſſiuum,
cor amoroſum, cor Patris, cur illud cru-
delem in modum lancea tranſfigis? Vide
an non ſit cor illius amore flagrantiffi-
mum, quod vulneratum ſanguinē & aquā

featurit, ut vulneri, quo illud feriendo, animam tuam fauciaueras, medelam faceret: nemo enim alium vulnerat, nisi prius animam suam lethali vulnere sauciet. O Domine quam ingens est potestas, Principibus tenebrarum collata, qui nefando ausu corpus tuum flagris concisum, vulneribus innumeris saucium, & anima iam destitutum, lancea etiam ferire audent. Rectè illud Prophetæ de te vsurpare potuisti: *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Psal. 68.

COLLOQUIVM. II.

Vis nosce anima mea causam, cur Saluator noster corpus suum etiam post mortem lancea configi voluerit: Ut tibi mirum daret intelligere, se per mortem nondum amare desisse, ideoque rectè & confidenter affirmare possumus, Christum non modò viventem nos amasse, verum etiam mortuum. Vis præterea scire quam efficax sit hoc vulnus, vel ut rectius dicam, hæc amoris fornax, in pectore Saluatoris nostri succensa? Dicat illud S. Thomas Apostolus, qui infidelitatis frigore correptus, cum ad Christum accessisset, manumque suam vulneri lateris Christi, hoc est, diuinae

diuinæ fornacis huius ostiolo admouisset, tam ardentem repente diuini amoris flammam in pectore suo sensit, vt pedibus Seruatoris aduolutus exclamauerit. *Dominus meus & DEVS meus.* Ioan. 20. Quid autem fieri Anima mea si tota quanta es, in amorosam hanc fornacem ingressa fueris? Quid, si in ea usque ad infelicitis huius exilij finem inhabitaueris? Certo scio, quod beatissimam te reputans, dictura esses cum Propheta Psal. 134. *Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam.*

Cæterum, que bone IESV, est aqua hæc, quam ex vulnere lateris tui fluere conspicio? Hei Domine, videtur mihi esse aqua lachrymarum. Cum Lazarum quatruiduanum à mortuis resuscitare (Ioan. 11.) velles, in fletum prorupisti, ex illo autem fletu Iudæi amorem, quo Lazarum complectebaris, collegerunt.

Hæc igitur aqua, sunt amorosæ illæ lachrymæ, quas in amoris quo nos prosequeris argumentum effusus eras, quæ cum ab oculis, qui iam clausi erant effluere non valerent, à corde & lateris tui vulnere promanarunt. Eia anima mea, ingredere confidenter amorosum Christi pectus, quod tibi ostium amor aperuit: ingredere secura, in eo enim reperies turrim fortissimam, & qua

qua cum hostibus tuis felicissimè certare
atque depugnare poteris.

ORATIO.

Benignissime IESU per sacri lateris tui
vulnus, & per pretiosum illū sanguinē
& aquam, qua ex eo profluxerunt, te oro,
vt sagitta amoris tui saucies cor meum, vt
quemadmodū desiderat ceruus ad fon-
tes aquarum, ita desideret anima mea ad
te fontē viuū. Psal. 43. Nosti, quē admodū
ipse testatus est, omnia scelera nostra de
corde procedere: inflamma ergo & succe-
de cor meum igne caelesti, vt improba hac
radix, tota tui amoris igne consumatur.
Sed, heu, cor meum adeo durum est, vt nec
comburī, nec sauciari, valeat. Te igitur
Domine obsecro trahē illud ad pectoris tui
fornacem, vtī S. Thomam Apostolum at-
traxisti, vt emollitus cum Propheta dicere
valeam: Psal. 21. factum est cor meum
tanquam cera liquefctens. Quod si propter
duritiem suam liquefactum non fuerit,
da mihi Domine cor carneum, & aufer a
me cor hoc lapideum, quia per Prophetā
tuum (Ezech. 11.) olim istud te facturum
pro-

promissisti, & ego illud flagito, vt cor meū
& caro mea exultent in Deū viuū. Amē.

MEDITATIO

*De sanguinis in Circumcisione Christi
effusione.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE Anima mea
quomodo Christus octauo post na-
talem suam diē, circumcisa carne sua in-
nocentissima sanguinem fundere, & ea
quæ ad Redemptoris officium spectabant
inchoare, hoc est, pro nobis pati, & illius
sanguinis quem in monte Caluarie nostre
redemptionis causa profusus erat, pignus
nobis dare cœperit.

2. **C**ONSIDERA acerbissimum do-
lorem, quem tenellus hic puer ex circum-
cisione sua persensit: nam in ea sæpenume-
ro infantes præ dolore spiritū exhalabant.
Cogita quantò hic dolor in Christo inten-
sior fuerit, qui supra omnes tenerrimæ cõ-
plexionis extitit, & nihilominus instar cæ-
terorum circumcisis est.

3. **E**XPENDE tecū Anima mea, ingētē
huius pueruli erga nos amorem, qui tantus
fuit,

fuit, vt etiã in hac tenera etate, maiorẽ nostrorum commodorum, quam suorum dolorum rationem habuerit.

4. **CONSIDERA** singularem obedientiam quam Christus in hoc mysterio circumcisionis exhibuit : quamuis enim circumcisione non egeret, vt tamen legi obtemperaret, nulla nec doloris ex vulnere, nec verecundiã propter ligamen habitatione, circumcidi voluit.

5. **CONTEMPLARE** Anima mea, profundissimam filij DEI humilitatem, qui per incarnationem suam, dum hominis naturam sibi copulauit, minor Angelis: per circumcisionem vero dum peccatoris speciem & formam assumpsit, minor hominibus effectus est. Peccatoris enim speciem assumere nihil aliud est, quam abiectissimum in vniuerso mundo se esse demonstrare.

6. **REVOLVE** animo, quam tenere Christus dilectissimã matri suã compallus fuerit: cum enim illa lachrymaretur, quod charissimum filium suum vulnerari & sanguinem fundere conspiceret, non potuit non magnam filius ex eo dolorem haurire.

7. **CONTEMPLARE** quomodo Christus in circumcisione sua vberes lachrymarum

chrymas fuderit, non modo propter dolo-
rem inflictæ vulneris, sed etiam propter
peccatorum nostrorum, exiguique fractus
quem ex sanguine ab ipso fuso percepturi
eramur, recogitationem.

COLLOQUIVM I.

O Sancte Puer ad eone tempestiuè san-
guinem tuum fundis? Nonne melius
fuisset differre hanc sanguinis effusionem,
in adultam ætatem, quando & maior san-
guinis copia, & vires maiores tibi suppete-
rent, ad tolerandam cultri lapidei incisio-
nem & circumcisionis dolorem? Sed ar-
dentissimus amor tuus, quo nos comple-
tebaris erat moræ impatiens, qui hoc pati
non potuit. Quin potius voluit vt statim ac
in lucem editus fuisses, per portam obedi-
entiæ legem obseruando ingredereris, quo
salutem nobis conferres: quandoquidem
primus Adam, ingrediens per portam ino-
bedientiæ, causa fuit totius ruinæ nostræ.
O Domine quantū indies augmentū sumit
amor tuus? Octauo abhinc die in præsepil
chrymas pro nobis sparsisti, & hodie san-
guinem fundis, atque hoc quasi arrhabone
dato, polliceris te multo plus sanguinis
in horto sub flagellis, sub spinis; in cruce
deni-

110 MEDITATIONES.

denique profusurum. Magno tibi constabit humani generis redemptio. O MARI A cur innocētem filium circumcissionis causa in templum defers; An times, ne, si circumciscus non fuerit, pereat anima eius de populo suo? (Gen. 17.) Noueras utique non egerere illum circumcissione, nec periculū esse, ne a Patre non agnosceretur, si circumciscus non foret. Si ergo Domine, tali remedio non indigebas cur sanguine fuso circumcisci te pateris? Verum agnosco te illud agere, ut nobis peccato infectis & laucis, medelam faceres. Pro sanitate namq; membrorum, caput sepe cauterizatur; & pro filij curatione, matri nutrienti non raro medicina prabetur. Agnosco etiam te per circumcissionem ostendere, quod descendas ex semine Abraham, cui Circumcisio collata, & Messias promissus fuit. Agnosco insuper te hac circumcissione, legem tãquam à DEO latam approbare, ac simul quod nõ ad legem abolendam sed perficiendam ueneris, demonstrare. Denique eadem circumcissione declaras te esse verū hominē; & nomine Iesus, quod in ea tibi impositum fuit, verū Deū salutē conferentē. Verissima sunt hæc Domine, sed nimium carè tibi constant.

COLLOQUIUM II.

CONTEMPLARE anima mea, quomodo tenellus puer ob vehemētē incisionis dolorē plangat. Aspice quomodo

DE V. VVLNER. CHRISTI. 41

B. Virgo Maria mater ei⁹, dilectissimo filio suo cōpatiens, cum eum plorare atq; aliorū causa vulnerari cerneret, etiā lachrymetur. Intuere quomodo S. Ioseph, videns celestē puerulum sanguinem fundere, & piā matrē sletibus ora rigare, nē ipse à lachrymis se continere valeret. Plora & tu Anima mea, quę omnium horum sletuum causa es: nostra enim peccata, lachrymas & sanguinem ab innoxiorum oculis expresserunt.

Sed quomodo lachrymas fundere poterō, considerās sanctissimū nomē Iesus, quod in circūcisione puero huic impositū fuit. Quādiu agitur de dānatione aut desperatione, rationi consentaneū est plāgere: sed quādo agitur de salute ac Saluatore, quilibet exhilaratur & cū propheta Habacue ca. 3. inquit: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesumeo.* S. Paulus Apostol⁹, ad huius nominis memoriā, nō exigit à fidelibus lachrymas, sed (ad Phil. 2.) pręcipit, vt *in nomine Iesu omne genu slectatur cęlestiū, terrestriū, & infernorum.* Non igitur hoc nomine ad sletū, sed ad adorationem vocor. O S. Patriarcha Iacob, ecce adest quē tu moriens ardentibus votis desiderabas, & in quo conquiescebas, cū diceres: *Salutare tuū expectabo Domine.* Gen. 49. Quod salutare S. Senex Symeō cū cerneret, ex hac vita migrandi à Deo petijt facultatē, hanc tantum modo causam addens, quia *derunt oculi mei salutare tuum.* Luc. 24. ORA

ORATIO.

Pater aterne, omnis boni fons & donator, per lachrymas & sanguinem ab obedientissimo Filio tuo in circumcissione profusum, humiliter te obsecro: da mihi talem spiritum, vt à me abscindam omnem superfluitatem: Vt videlicet cor meum circumcidam à peruersis cogitationibus, & inordinatis desiderijs. Linguam à verbis superfluis & pernitiosis. Sensus à rebus illicitis ac vetitis. Da mihi gratiam Domine, vt alienissimus sim ab omni hypocrisis, vt non erubescam peccata mea confiteri, nec illius medelam suscipere detrectem, quandoquidem filius tuus, cum nulli esset peccato affinis, nostri amore, peccatorem se ostendere toti mundo non est verecundatus, atque peccati remedium quod erat circumcissio, accipere non erubuit. Fac demique super omnia vt IESVS sic mihi IESVS Amen.

MEDITATIO

De sanguinis Christi, dum in horto agonizans, sanguinem sudaret effusione.

PUNCTA

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE anima mea Regem caelorum humi flexis genibus orantem, ingentiq; maerore & animi angustia circum datum. Aspice diuinam ipsius faciem, præ nimijs angustijs sanguinem in tanta copia sudantem, vt etiam guttatim in terram dec dat.

2. **C**ONSIDERA sanguineum hunc sudorem, non à corporis labore, neque à ferro, neque ab hoste proficisci, sed ex spiritus angustia: præuidens enim immania illa tormenta, quæ peccatorum nostrorum expiandorum causa subiturus erat: simulq; nostram exiguam pro tanto Redemptionis beneficio gratitudinem animo præcipiens, talem in corde maerorem atque afflictionem sensit, vt sanguineum sudorem è corpore prolicuerit.

3. **I**NTVBE anima mea sacros & gratiarum plenos oculos Redemptoris tui, qui sæpè magno cum amoris affectu te respexere, crebro etiam tui causa lachrymas effudere. Modo autem sanguine oppleti, te intueri nequeunt, sed lachrymas sanguineas, in charitatis qua te complectuntur, argumentum profundunt.

4. **C**ON

4. CONSIDERA terram ex illis guttis sanguineis, quæ à Christi facie destuebant, factorem suum, simulque infinitum sanguinis Christi valorem agnouisse. vnde putandum est, eam ingenti cum reuerentia illum suscepisse, atque diligentissime conseruasse, non vt vindictam, sicuti sanguis Abel poscat, sed vt veniam & misericordiam flagitet.

5. CONSIDERA Christum, quamuis mori posset sine tormentorum, & angustiarum mortis perpeffione, non modo non voluisse in Cruce in qua mortuus est id facere, sed etiam pro nostri amore in hortalitate fastidium atque agoniam perpetuoluisse, vt torus maestitia & angoribus oplatus esset. Vnde ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

6. ASPICE Anima mea, quomodo Saluator tuus ingenti dolore pressus, adiutorem quærat. Vide vt nunc ad Patrem per orationes confugiat, modo ad discipulos, sanguinem stillans, se recipiat: sed nusquam reperit aliquod in tanta necessitate solatium.

7. CONSIDERA eximiam mansuetissimi IESU patientiam, qui cernens discipulos suos somno indulgere, non exclamat, non indignatur, non improperat eis,

eis, quod nulla sui commiseratione tangantur, nec denique stomachabundus eos excitat.

COLLOQVIVM. I.

O Mnestissime & afflictissime Iesv, quid ultra moram facis in horto? Nō cernis hostes tuos aduentare, vt te captum vinciant, & veluti hominem facinorosum ad iniquos iudices pertrahant? Abscede igitur, quia neminem hic habes, qui tibi auxilium ferat. Tres discipuli quos tecum solati causa adduxisti sopore oppressi iacent, ceteri vero longius hinc distiti & inermes sunt.

Pater cælestis te passionem & mortem subire vult. Nec igitur è cælo, nec è terra aliquid auxiliij vel opis tibi affulget. Ideoque rectè illud quod Isaias de te prædixit usurpare potes *Circumspexi & non erat auxiliator, quæsiui & non fuit qui adiunxerat. Isai. 63.*

O S. Angele tui muneris est, mærore cōfectu Iesv m solari ac roborare, quia hęc ob causã de cœlis à Deo huc missus es. Sed hęc, si crucē & amarū passionis calicē quē bibitur est, ei demōstres, quid inde auxiliij. quidē

quid roboris hauriet? Domine excusatum habe huic Angelum, qui tanquam Patris nuncius, his lignis voluntatem ipsius tibi declarat; ut nimirum, genus humanum sanguine tuo morte pro nobis in Cruce obita redimas: hic autem nuncius quamvis carni que infirma est & imbecillis, nullum robur praestet, spiritum tamen, qui ad obediendum promptus est, confortat. Verum enim vero audi anima mea, quid Christus in oratione sua respondeat Patri. *Nō mea*, inquit *Luc. 22. sed tua voluntas fit.* O animum inquit, qui in rebus tam difficilibus, tamque carni contrarijs & aduersantibus, superato naturali affectu, tantam in obtemperando promptitudinem ostendit. Intellego nunc Domine, te non sine mysterio ad hortum hunc accessisse, ibique animo prompto obedientiam à Patre tibi iniunctam acceptasse, atque perficere statuisse, quo videlicet reparares mundum, qui in horto voluptatis, Paradiso nimirum, per inobedientiam in eas peccatias confuerat.

COLLOQUIVM. II.

Dic obsecro Domine quis te vulnerauit, quia sanguinē à facie tua defluere conspicio? Nondum adsunt inimici tui; Non-

DE MEDITATIONES.

illius, qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Securus esse potes; quod si portae cordis tui huius Agni sanguine obliuata fuerint, nunquam illuc appropinquatura sit mors, exterminator longe abiturus sit a te, atque Aegyptios hostes tuos interempurus.

ORATIO.

A Morose & afflicte IESU, per sudorem illum sanguineum, & afflictionem quam in anima sensisti dum agonizares in horto, obsecro te, largire mihi gratiam omnnes virtutes, quarum in horto exemplum in te prebuidisti, imitandi. Et primo fac, vt integrè ac promptè voluntatem meam DEI Patris voluntati resignem, nec quicquam aliud desiderem, quam quod illius voluntati conforme fuerit; atque factis & voce semper id quod dixisti, proferam. Non mea, sed tua voluntas fiat. Luc. 22. Secundo, vt in tribulationibus & aduersitatibus non meis viribus & consilijs fidam, sed ad DEVM per pias & ardentes preces, sicut tu fecisti, confugiam. Tertio, vt
proxi-

DE V. VVNER. CHRISTI. 119

proximorum defectus sine indignatione,
tolerem, te in hoc imitans, qui in tantis
angustis constitutus, cum inuenires disci-
pulos dormientes, non indignatus es,
nec eos statim conuictus excitasti.

Quarto largire animi fortitudinem &
constantiam, vt quando opus est, pati non de-
sugiam, tui exemplo, qui cum scires te in
horto capiendum esse, fugam non iniustis
sed vt nostra saluti consuleres, hostibus
te inueniendum obtulisti. Super omnia
vera factus, vt prompto & parato animo,
calicem quem mihi praeberit DEVS,
ebibam, & crucem quamcunque imposue-
rit, feram. Amen.

MEDITATIO

De sanguinis Christi inter flagella
effusione.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima
mea, quomodo innocentissimus
DEI Filius, cum nulli culpae
obno-

obnoxius esset, ad flagella tamen uti facinorosus & infamis latro condemnatus, & Iudæorum hostium suorum potestati traditus fuit, ut flagris eum cederent, quantum vellent.

2. **CONSIDERA** quomodo vilissimi satellites ingenti cum ferocia & clamoribus, mansuetissimum **IESUM** aggressi fuerint, illumque ad terram sine respectu prostratum, omnibus vestibus immaniter spoliauerint, & nudum cum magna ipsius verecundia ad columnam ligauerint,

3. **EXPENDE** tecum, tam ingens fuisse odium Iudæorum in Christum, ut truculentis flagellatoribus persuaserit, tam fortiter & immaniter Christum cederent, quo sub flagellis spiritum exhalaret: timebat enim ne à Pilato præside post flagellationem, uti affirmauerat, dimitteretur.

4. **CONSIDERA** vilissimos illos iustitiæ ministros, tam crudeliter Christum flagris cæcidisse, ut non ipsi modò aspergerentur sanguine, vnde quaque à puris & innocentibus Christi humeris defluente, sed etià habitaculi illius muri eodem sanguine tingerentur,

5. **ASPICE** anima mea sacros Regis gloriæ humeros, qui ex ictuum violentia, primum rubescunt, postea liuorem ac nigredinem

DE V. VVLNER. CHRISTI. 124

gredinem contrahunt, demum toti cruciantur ac sauciantur.

6. **CONSIDERA** Christum quamuis in hac flagellatione ingentes senserit dolores, propter complexionis suae teneritudinem, nihilominus magna cum animi fortitudine, amore nostri, hosce dolores, atque ignominiam probrosi huius supplicij sustinuisse.

7. **REVOLE** tecum, quam benigne Iesus se habuerit erga suos tortores; cum enim animaduertere posset non modò in flagellatores, sed etiam in eos qui huius supplicij causa erant, noluit; imo potius omnem hanc iniuriam eis donauit, & pro illis apud Patrem intercessit.

COLLOQVIVM. I.

Quod est Domine, ingens illud sacrilegium à purissima carne tua committum, quod eã tã crudeliter cædi ac laniari patiaris? Nunquid ea quæ non tuleras, iure voluisti, vt adimpleres, quod de te alicubi scriptum est Psalm. 68. *Quæ non rapui, tunc exolebam*: O Amorem immensum, & sine vlla spe utilitatis. Nos sumus latrones, nos sacrilegi, nobis debebantur flagella, sed

sed ingens amor tuus, in humeros suos, eadem suscepit, ideoque merito dicere possumus. *Eesai. 53. Vulneratus es propter iniquitates nostras, attritus es propter scelera nostra.* O Pater celestis, hiccine est principatus, hocine imperium illud, quod pollicitus eras constituturum super humerum eius? *Heu. Ecce Filius tuus speciosus forma pro filijs hominum, (Psal. 44.)* ita vulneribus deformatus est, propter flagellationis vehementiam, ut reputemus illum, *quasi leprosum, & percussum à DEO. (Eesai. 53.)* O Anima mea vide quomodo Christus inter tot contumelias & probra, quibus abiectum hoc hominum genus cum impetebat, non indignetur, non quæratur, non verbum unum proferat, sed velut incus immobilis maneat ad flagellorum ictus. Erige aliquantulum afflicte IESU, pios oculos tuos, & truculentos illos tortores aspice, forsitan hoc aspectu corda illorum ad misericordiam permouebis, quemadmodum paulò ante simili aspectu cor Petri ad pœnitentiam permouisti, vix enim tuos oculos in eum defixerat, quando confestim lapsum suum agnouit, & foras exiens *fleuit amarè.* Ita & hi tuis oculis respecti & sauciati, forsitan tibi compatiuntur, flagella abijcient, & egredientes peccatum suum amaris lachrymis deplorabunt.

rabūt. Sed heu! obſtinati permanent in cru-
delitate ſua, & in malis tuis exultant, tamq̄
attenti ſunt ad tuam flagellationem, vt o-
culos tuos non intueantur, ſed humeros dun-
taxat quos feriunt, ideoq̄ corda eorum
a tuo aſpectu vulnerari nequeunt.

COLLOQVIVM II.

O Spiritus Angelici omnes ſimul de-
ſcendite, & videbitis ſpectaculum in
terrīs nunquam antea viſum vel auditum.
Videbitis Regem maiestatis, nudum ad
columnam, velut hominem maximorum
criminum reum ligari. Videbitis Domi-
num gloriæ, vt ſeruum fugitiuum fla-
gris cadi. Quis vnquam cogitaſſet, quod
Dei filius vt nos à vinculis peccatorum
abſolueret, ad colūnam ligari dignaretur?
Quis ſperaſſet, quod mundi Saluator vt nos
ab æternis tormentis liberaret, flagris cede-
retur, & alijs indignis modis torqueretur?
O charitatē immenſā. Nos, Domine, ſcele-
ribus noſtris, flagellis te oneramus, & tu, a-
more tuo, beneficijs nos oneras. Vt tibi ani-
ma mea, ſi tantos fauores nō agnoueris. Vt
mai⁹ adhuc tibi, ſi eos agnoſcens floccifeci-
ſis, nec eis per grati animi ſignificationem
reſpōderis, Eia truculēti tortores, deſiſtite
tandem.

tandem, tempus est etenim, à flagellatione Domini mei. Non cernitis, Esai. i. à plantis pedum vsque ad verticem capitis, nullam in corpore salutem? Nulla enim in corpore illius pars est, quæ à vobis cæsa & vulnerata non fuerit. Si nulla tãgimini compassione, sufficit saltem vobis, quod ex tam diuturna flagellatione lassì & fatigati estis: Cæterùm quod sibi vult Domine, quod vulnus sacrum humerum tuorum instar fontis sanguinem scaturit: Nunquid vt ouis perdita, quam requireres de cælis descendisti, in humerum tuos sublata, haberet vnde hiberet atque nutrirerit? O foelicem ouem, quæ digna fuerit tali passione, & tali potu. O tortores, ex ouibus sancti huius Pastoris esse cupitis, accedite ad eum; tanta enim est charitas ipsius, vt vobis libentissimè omnem noxam condonaturus, vosque benignissimè suscepturus, & in humeros suos sublatus salutifero sanguine suo, qui vitam æternam confert, nutriturus sit.

ORATIO.

A Mantissime ac piissime IESU, reobsecro per sanguinem à sanctissimis humeris tuis defluentem, & summum dolo-

rem, quem purissima caro tua in flagella-
 tione sensit, largire mihi gratiam & for-
 titudinem ita mortificandi corpus meum
 cum omnibus illius appetitibus inordinatis,
 vt semper obtemperet rationi & spiritui.
 Tu Domine nosti conditionem carnis no-
 strae, qua a seipsa, (veluti terra maledicta)
 nihil aliud progerminare nouit, quam spi-
 nas & tribulos. Nosti etiam quam sit au-
 steritatis & disciplina aduersaria, quam-
 que voluptatum & priorum commodo-
 rum amica. Nosti denique necessitatem
 meam, quae tanta est, vt nisi (ad exemplum
 Pauli Apostoli i. Cor. 9.) castigem corpus
 meum, & in seruitutem redigam, metu-
 endum mihi sit, ne reprobus efficiar.
 Quando quidem ergo creasti & redemisti
 me, vt saluus fierem, adiuua, reboram & ex-
 cita me ad subiugandam & edomandam
 rebellem hanc carnem, quo spiritus sal-
 uus fiat. i. Cor. 5. Super omnia vero depre-
 cante, impartire mihi gratiam, flagella
 omnia DEO permittente super me veni-
 entia, patienter & equanimiter toleran-
 di, atque fructum desideratum ex illis re-
 ferendi. Amen.

MEDITATIO

De sanguine à Christo in spinea coronatione profuso.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONTEMPLARE animam eam quomodo truculenti tortores, posteaquam corpus Christi flagris concidissent, venerandū caput illius cruciare aggressi sunt: Et antequā spinea sero illud coronarent, capillis Christum modò in hanc, modò in aliam partē, modo sursum modò deorsum trahebant, illum hac ratione nō sine maximo dolore & cruciatu suo derisui habentes.

2. **EXPENDE** quomodo corona spinea supra ipsum IESU Christi caput aperta fuerit, ministri enim ne se læderent furculos spinosos capiti imponebant, & baculorum quorundam iētibus easdem in formā coronæ accommodabant. Vnde fiebat, vt sacrum illud caput simul ex baculorum iētibus, & spinarum aculeis maximum dolorem sentiret.

3. **C**ONTEMPLARE quomodo in formā da corona supra caput Christi, propter ferociam & crudelitatem ministrorum, multat

multa spinae confractae fuerint, quarum aculei in capite Christi remanebant, quae iterum violenter impulsae noua vulnera ei infligebant, mansuetissimo quae *h* *s* *v* nouorum dolorum & angustiarum causa erant.

4. **ASPICE** anima mea, quomodo venerandum illud caput, sanguinis riuos quaquaueversum scaturiat, quia ex omni parte spinis acutissimis circumdatum & transfixum erat.

5. **INTVERE** anima serenam illam faciem, quae paulo ante intuentes laetificabat, modo sanguine deformatam & contaminatam: spinae etenim quae frontem transierant, sanguinem tanta in copia emanabant, ut per faciem ad terram vsq; deflueret.

6. **ASPICE** anima mea, quomodo gloriae Dominus, a vilibus & sceleratis satellitibus irridetur. Vide quomodo verus caelorum Rex, in terris per ludibrium & contumeliam rex salutatur, cuius coronam spinae, cuius sceptrum arundo supplet.

7. **CONTEMPLARE** admirabilem filij *D* *e* *i* patientiam: qui cum esset aeterna Patris sapientia, nostri amore ludibrio haberi non detrectauit, ut per has suas irrisiones & contemptum, superbiam nostram & vanitatem argueret, & sanaret.

COLLOQVIVM I.

Quid sibi vult Domine nouus hic ve-
stitus? Cuius regni factus es Rex,
quod sceptro & corona decoratum te vi-
deam? Si ita se res habet, gaudeamus & læ-
temur, Sed tu Domine nullum lætitiæ sig-
num ostendis: imo mæstum & afflictum te
video, capite in terram inclinato, non oleo
peruncto, vt antiquis Regibus fieri consue-
uerat, sed sanguine cruentato.

O afflicte IESU, in cæterorum Regum
coronatione, ad iudiciũ lætitiæ ac liberali-
tatis, pecuniæ in populo spargebantur, sed
tu sanguinem è capite tuo profundis? In
cæterorum Regum creatione, ala voce po-
pulus acclamat. *Viuat Rex.* Tibi vero Iudei
necem machinantur, & paulò post exclā-
mabunt, *Crucifige. Crucifige.*

Dicite obsecro Iudei, quod ambitionis iudicium in se vnquam Christus ostendit,
quod in illum, veluti hominem dignitates
& honores immoderatè ambientem ani-
maduertitis? Quod ille dominium, quod
regnum ambiuit, quia manibus eius tam
contumeliosum sceptrum indidistis, & ca-
piti eius tam funestam coronam imposu-
istis, ad regni concupiti testificationem?

Num

Num obliuiscitis, quod cum eum Regem vestrum reuera constituere moliremini, fuga hunc à se honorem declinauit? hac ratione vobis ac toti mundo clarè demonstras, se ab omni ambitione honorumque cupiditate alienissimum, imo honoribus ipsis inimicissimum esse. Ceterum, amantissime IESU, cur modò etiam fuga tibi non consulis, potuisses enim si voluisses? Non vincula, non ministri iustitiæ, in hoc tam probroso supplicio te retinent, sed amor nostri, vt nimium pro intolerabili superbia nostra satisfaceres. Mea peccata Domine, sunt spinæ, quæ sacrum caput tuum transfigunt. Mea ambitio, ignominiosum hoc sceptrum, manibus tuis indidit, & ludicra hac purpura te circumdedit.

COLLOQVIUM. II.

O Truculenti tortores, aliqua tandem vos tangat commiseratio: hic enim homo, quem ita immaniter torquetis, nullam vobis nec vlli alteri iniuriam aut molestiam intulit. Misericordiam illius, quia tam malè à vobis habitus & tortus est, vt mortuo homini quam viuo similior sit. Sed heu Domine, odium iudæorum, hostium tuorum iuratissimorum, tam insatiabile est, vt

potius te mortuum concidere, quam à turis supplicijs cessare malint: ac proinde cum denuo vestibus nudatus esses, humeros tuos statim purpura circumdederunt, non modò ad ludibrium, sed etiam vt ingens vulnus à flagellis inflictum contegerent: ne crudeles ministri, viso corpore ita sauciato & lacerato, ad compassionem mouerentur, atque à capite tuo spinis perforando manus cohiberent: sed amorosa patientia tua tanta fuit, vt versutam Iudæorum malitiam vinceret. O sacrum caput, te non deceat tribuli ac spinæ, non enim es ex illa terra, quæ propter peccatum à Deo maledicta est: nobis conuenit hoc tormentum, quia nostra est culpa.

O serena facies, Sole splendidior, quomodo sic sanguine deformata es? O pupilli oculi, quæ vos caliginosa nubes contextit & obscurauit? O Sancte Paule Apostole, quando Christus hic de cælis descendit, & nostræ salutis constituenda causa, homo factus est, dixisti, neque id immerito, quod semetipsum exinanierit formam serui accipiens: quid modò dices, quâdo ita transfiguratus & deformatus est, vt illud Iliæ 53. Cap. in ipso adimpletum fuerit. *Non est species ei neque decor, vidimus eum & non erat aspectus*

DE V. VVLNER. CHISTI. 197

aspectus Quandoquidem ergo cernis anima
mea, IESV paulatim magis ac magis a-
more nostri humiliari, humilia tu etiam
teipsam, si ab illo agnosci & amari cu-
pis.

ORATIO.

Patientissime IESV per sacrum illum
sanguinem quem ex venerando capi-
te tuo profudisti: & per dolorem quem ex
spinarum aculeis caput tuum forantibus,
sensisti, te obsecro, da mihi gratiam & for-
titudinem ita moderandi omnes appetitio-
nes meas, vt non queram neque desiderem
fugacis huius mundi honores & dignitates:
vt que, tui exemplo ab omni ambitione
alienissimum, imo & inimicissimum ani-
mum geram. Præterea humiliter te rogo,
vt talem mihi spiritum largiaris, vt quan-
do in parua existimatione ab alijs habitus
aut cõteptus vel irrisus fuero, nõ modo pati-
ẽter id sufferã, amore tui, sed etiã gaudeã
& gratias reddam tuã diuine Maiestati,
quod

quod me tibi aliquomodo conformare digneris, qui salutis meae causa à vilissimis satellitibus in hac non minus dolorosa quam ignominiosa coronatione tua ludibrio haberi voluisti. Super omnia denique oro te benignissime IESV, fac ne sub capite spinoso, sim membrum delicatum. Amen.

MEDITATIO

De sanguine à Christo in crucis
battulatione pro-
fuso.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE anima mea que
dolorosam illam coronationem
spineam secuta fuere, quaeque nouam afflic-
tissimo IESV sanguinis effundendi cau-
sam praebuerunt. Primo igitur aduerte,
quomodo scelerati carnifices, cum Christum
ad mortem condemnatum esse intelligen-
rent, hoc nuncio vehementer exultantes,
purpuram à corpore ipsius ingenti cum se-
rocia abstraxerint, simulque vulnera, qui-
bus

DE V. VVLNER. CHRISTI. 193

bus ea inhærebat, renouauerint.

2. **C O N S I D E R A** quomodo Iudæi purpuram, sanguine Christi cruentatam veluti rem maximè abominabilem in locum prophanum ac sordidum proijci uoluerint, iudicantes indignum esse, illam ab homine contingi: tantum erat odium quò Christum & omnia quæ ipse erat, prosequerentur.

3. **P E R P E N D E** quomodo antequàm Christum ad necem educerent, uelimentis suis eum uelauerint, ut qui ex facie sanguine deformata cognosci nequibat, ex uelibus saltem agnosceretur, & facinorosus homo esse censeretur: quam confusio- nem Christus nostri amore libens tolerauit.

4. **A S P I C E** quomodo crudeles illi satellites in exuendo & uelando Christo, quoties in spinarum quæ caput ipse circumgebant aculeis se uulnerabant, toties manu- uertissimo I E S U alapas impingant, aut calcibus feriant, quasi ipse causa huius doloris existeret.

5. **C O N S I D E R A** quomodo Saluatori crucem in humeros iam laceros, & ex uerbis tumidos imposuerint. Fuit autem tam ponderosa hæc crux, ut humeros Christi non sine nouo dolore premens, re-

fiduum sanguinem ex illis expresserit, cuius plurimæ guttæ in terram defluebant.

6. **C**ONTEMPLARE etiam quomodo illa pars crucis quæ capiti proxima erat, inter ambulandum, frequenter etiam propter ministrorum peruersitatem, in coronam spineam impingebat, spinarumque aculeos capiti Christi profundius infigebat, unde factum est ut nouum ex capite sanguinem, cum maximo sui dolore profunderit.

7. **I**N TVBBE anima mea Creatorem totius vniuersi (qui minimo nutu, efferum hunc populum exterminare atque in nihilum redigere poterat) ad sacrificium, instar alterius Isaac, onuitum lignis properantem, nihil de sui liberatione cogitans, sed tui duntaxat redemptionem animo volens: tradidit enim se spontaneè in manus hostium suorum, ut tu per mortem ipsius vitam æternam consequeris.

COLLOQVIVM. I.

O Iudæi, si exploratum vobis foret, quanti pretij sit hæc purpura, quæ filij DEI carnem attigit, & pretioso ipsius

DE V. VVLNER. CHRISTI. 195

sanguine tincta est, non eam vti rem vilem
& nullius vtilitatis abiiecissetis. Eia anima
mea, quære illam, quia Angelos propter
sacri sanguinis honorem, illam interea
conseruasse dubium non est, ne videlicet
pedibus conculcarentur. Quære igitur illam
& asserua, nullum enim pretiosiore the-
saurum possidere potes: quia sanguis quo
perfusa est, tanti pretij est, vt ad mille
mundorum redemptionem sufficere pos-
sit.

Cæterum Domine I E S V, nonne meli-
us esset quod relictis vestibis tuis, cum
purpura ad locum supplicij pergeres, sic e-
nim à vulgo minus agnoscereris, atque
confusio tua tolerabilior foret. Non sic
censet Amor, sed ait: crescat confusio, vt
augeantur merita.

O Angeli, ô cæli, ô stellæ, ecce nosset
& vester creator ad mortem vti facinoro-
sus latro pergit. O terra cur non concute-
ris, ad tantum sacrilegium quod in te com-
mittitur: cur non dehiscis, & sacrilegos
hosce ministros absorbes? Eia anima mea,
agnosce tu etiam Redemptorem tuum,
quia Amor illum ab omnibus agnosci
vult. Hic est qui totum terrarum orbem
condidit.

Hic.

Hic salutis tuæ constituendæ causa de cælis descendit & homo factus est. Hic est Rex gloriæ, in cuius natiuitate Angeli cecinerunt. *Gloria in altissimi DEO* Luc. 2. Hic est Dominus Maiestatis, quem tota curia cœlestis adorat. Hic qui modò sicut ouis ad occisionem ducitur, est ille quem infernalis regio contremiscit.

COLLOQVIVM. II.

Noli scandalum pati Anima mea, si Christum ad necem, uti reum & facinorosum educi conspicias, quia Amor ita vult, & peccatis nostris huius necis causa adscribenda est. Cæterùm dic mihi Domine, quod est graue hoc onus, quo humeri tui onerati sunt? Heu! iniquitates nostræ. Et quis vires tibi suppeditat ingentem hanc sarcinam ferendi, quandoquidem vix pedibus insistere vales, & iam prope modum exanguis effectus es? Vtique nihil aliud quam seruens desiderium tuum moriendi & satisfaciendi pro nobis. O Carnifices, ne sollicitis Christum Seruatorem nostrum ad ambulandum, quia mille annorum mora illi videtur, aduentus in

DE V. VV LNER. CHRISTI 137

Montem Caluariz, vt se pro nobis in sacrificium offerat, nosque à peccati seruitute liberet.

Pater aterne, ad sacrificium quod tibi obedientissimus Filius tuus in monte Caluariz oblaturus est, ligna & ignem fragrantissimæ charitatis tuæ secum defert, diuina iustitia gladium manibus vibrat, sed vbi est victima holocausti? O Domine pro Isaac inuentus fuit agnus inter vepres hærens cornibus, qui occisus & immolatus fuit ab Abrahamo loco filij, pro Iesus vero nullus reperitur Agnus qui ad hoc holocaustum idoneus sit, ac proinde necessarium est eundem victimæ locum subire. Etiam anima mea sequere Redemptorem tuum, si in tenebris ambulare, & de via errare non vis. Sequere illum alacri animo, quia Pater cælestis *clauem domus David* super humerum eius imposuit. Crux quam in humeris suis defert, est clavis cœlos referans. Sequere igitur illum anima mea, & si viam nescis aut de illa dubitas, intueri terram sanguis enim, quem Iesus ad singulos fere passus profudit, viam per quam ambulare debeas, tibi demonstrabit.

ORA.

ORATIO.

OMnipotens DEVS & Pater miseri-
 cordiarum, per illam confusionem,
 quam obsequentissimus filius tuus sustinuit,
 in ferenda cruce instar latronis, & per
 conuitia & probra quae toto hoc itinere in
 eum iacta sunt, te obsecro, da mihi gratiam
 imitandi IESVM in ferenda cruce tribu-
 lationum & erumnarum presentis vitae,
 vt exemplo ipsius, totum me ad proximo-
 rum utilitates impendam, nullo respec-
 tu habito humanarum contradietionum
 aut propriorum commodorum, vt tibi socius
 existens in afflictionibus & laboribus,
 socius etiam effici merear quietis & praemiorum.
 Effice Domine, vt modò tam
 feruidus amator sim crucis, vt quan-
 do in fine mundi apparuerit in oriente: ab
 Angelis videlicet ad Iudicium vniuersale,
 quod tunc instituetur, delata, non me
 terreat, vti ceteros inimicos
 crucis Christi, sed consoletur & roboret. A-
 men.

Anima

Anima Christi sanctifica
me. Corpus Christi salua
me. Sanguis Christi inebri
a me. Aqua lateris Christi laua
me. Passio Christi conforta me.
O bone IESV exaudi me, intra
vulnera tua absconde me, ne
permittas me separari à te. Ab
hoste maligno defende me. In
hora mortis meae voca me, &
iube me venire ad te, vt cum
Sanctis tuis laudem te in
saecula saeculorum.

Amen.

HYMNVS

HYMNVS DE COM-
PASSIONE B. VIRGINIS
MARIAE.

STabat Mater dolorosa,
Iuxta crucem lachrymosa,
Dum pendebat, filius.

O quam tristis & afflicta,
Fuit illa benedicta
Mater vnigeniti.

Quæ moerebat & dolebat
Et tremebat, cum videbat,
Nati poenas inclyti.

Quis est homo qui non fleret,
Christi matrem si videret
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari
Piam matrem contemplari,
Dolentem cum filio?

Pro peccatis suæ gentis
Vidit IESVM in tormentis
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum
Morientem, desolatam,
Dum emisit spiritum.

DE V. VVLNER. CHRISTI. 141

Eia mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, vt tecum lugeam.
Fac, vt ardeat cor meum
In amando Christum DEVM
Vt sibi complaceam.
Sancta mater illud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati
Tam dignati pro me pati,
Poenas mecum diuide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Iuxta Crucem tecum stare
Te libenter sociari,
In planctu desidero.
Virgo virginum præclara
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Christi mortem
Passionis eius sortem
Et plagas recolerò.
Fac me plagis vulnerari
Cruce hac inebriari

Ob


Ob amorem filij,
Inflammatuſ & accenſuſ,
Per te virgo ſim deſenſuſ,
In die iudicij.

Fac me morte cuſtodiri
Morte Chriſti præmuniri,
Confoueri gratia.

Quando corpus morietur,
Fac vt animæ donetur,
Paradiſi gloria. Amen.

FINIS.






R. P.
LVCAE PINELLI
SOCIETATIS IESV
THEOLOGI,
MEDITATIONES
de *Mysterijs Rosarij B.
Virginis.*

Nunc recens ex Italico in Latini-
um conuersa.



COLONIAE
Apud Ioannem Crithium
Anno M. D. CVIII.
Cum priuil. & consensu Superiorum.



I
c
E
ti
in
Q
ra
se
q
ta
ta
m
su
q
ta
ue
fa
cu
In
o
te

9
INDVLGENTIAE A SVMMIS
Pontificibus fraternitati Rosarij
concessa.

Leo Decimus pro eximio suo in Be-
atissimam Virginem affectu, fratribus
& Sororibus confraternitatis sa-
cri Rosarij, contritis & confessis, in forma
Ecclesie concessit omnes indulgentias sta-
tionum urbis Romae, tanquam vere Ecclesias,
in quibus tales stationes sunt, inuiserent.
Quoties in diebus stationum quinq; alta-
ria, in aliqua Ecclesia, quacunque elegis-
sent, visitaret, & in singulis altaribus quin-
que orationes Dominicis & totidem salu-
tationes Angelicas recitarent: Vel si tot al-
taria in ea Ecclesia non inuenirentur, qui-
nis vicibus vnum altare aut ea quae ibidem
sunt altaria visitarent, qualibet vice quin-
que orationes Dominicis cum totide salu-
tationibus Angelicis legendo: Itavt in vni-
uersum 25. orationes Dominicis totideq;
salutationes Angelicas, in quinq; aut pau-
cioribus altaribus legat. Sunt alia praeterea
Indulgentia a Sixto quarto & Innocentio
octavo concessa, quas Lector requirere po-
terit in lib. de Rosario, fol. 17. & 23.

AD LECTOREM.

Rosarium siue Psalterium beatissimæ Virginis (pie Lector) à multo iam tempore in Christi Ecclesia ab hominibus pietate ac sanctitate præcipuis, non sine insigni emolumento frequentatum, & vsurpatum, ac deinceps à summis Pontificibus confirmatum, plurimisque indulgentijs locupletatum fuit. Quam verò id gratum sit Deo, multis miraculis & gratiarum charismatibus infinitis, quibus per preces B. Virginis Mariæ, eos, qui pia cum animi deuotione Rosarium frequentarunt ornauit, testatum fecit.

Fieri enim non potest, vt pium hoc exercitium diuinæ Maiestati non sit gratissimum: quia cum in eo mysteria quædam vitæ & Passionis Christi Redemptoris nostri pia & attenta meditatione expendantur, laudatur & glorificatur primum diuina Maiestas, & pariter sanctissima Redemptoris nostri Mater honoratur. Quocirca Ludouicus
Blossi-

Blosius vir non minori pietate quam doctrina clarus refert, Treuiri reuelatum fuisse Patri cuidam Cartusiano internæ vitæ studiosissimo, quotiescunq; quis Rosarium piè recitaret, toties eum nouam gratiam, meritorumque cumulos apud Deum sibi conquirere: Addit etiam eum toties plenam peccatorum suorum remissionem consequi. Verum hoc intelligi debet per Sacramentum poenitentiae. Dubium non est, quin Rosarium, quia Christo Saluatori, Beataeque virgini acceptissimum est, efficacissimum etiam ad impetranda à Deo pretiosissima quæque dona censendum sit: Ut itaque omnes qui pio in B. Virginem affectu sunt, maiori cum animarum suarum fructu in sancti huius Rosarii recitatione se exercere possint, præsentem libellum concinnauius, quo puncta ad meditandum, & Documenta, orationesque vocales tradimus

MODI DVO ROSARIUM VTI-
liter & cum fructu legendi.

Rosarium duobus modis legi po-
test: voce & mente: Prior modus
brevis est facilis & omni hominum ge-
neri accommodatus, Posterior sicuti al-
tero excellentior, ita quoque maiorem
requirit industriam & attentionem. Et
quavis sua natura priori sit non parum
utilior & fructuosior, quemadmodum
mentalis oratio siue meditatio maioris
omnino utilitatis est oratione vocali,
nihilominus ex priori modo non mi-
nor utilitas, & fructus hauriri potest
quam à secundo, quandoquidem fru-
ctum vel minorem vel uberiorem
percipere ex oratione, ut plu-
rimum à nostra prapa-
ratione & dispo-
sitione de-
pendet.

DE ROSARIO.
METHODVS ROSARIVM
vocaliter legendi.

7

Q Vi Rosarium vocaliter legere cupit ad vnumquodque mysterium vnā orationem Dominicā & totidē salutationes Angelicas recitet: & ne in recitando mens eius vagabunda ad cogitationes inutiles diuagetur, habebit ante se imaginē aliquā, quæ ipsū mysterium repræsentet & oculis obijciat, quā intueatur: Deinde orationē, quæ breuē mysterij ab imaginē repræsentati declarationē, atq; doni alicuius à B. Virgine quod mysterio conforme sit, petitionē continet, legat. Demum documenta inspiciat & totis viribus ad ea, vel omnia vel eorū aliqua opere adimplenda laboret. Quod magnopere proderit ad vitā diuinæ voluntati conformandā. Cum autē hic sit præcipuus orationū nostrarū fructus, quisquis desiderat proficere, faciet hic particulare examē, num dōcūmēta & sancta proposita, in oratione cōcepta, in opus deduxerit. Si quis antequam mysterium in imagine contentum consideret, orationem præponere malit, & deinde orationem Domi-

8 MEDITATIONES.

nicam decemque salutationes Angelicas subiungere : poterit ad libitum id facere, cum ordo iste non sit vsque adeo necessarius, vt commutari nequeat. Cæterum ad hoc maximè laborabit, vt pia & attenta mente Rosarium legat, neque enim alia ratione aut Deo aut sanctissimæ Matri eius acceptū erit. Orationes hic positæ ferè desumptæ sunt ex Rosario R. P. Ludouici Blossij, qui magnā in libris suis orationū copiam suppeditat, sed omnes ab ijsdem verbis auspiciatur, atq; vna eademq; petitione concludit, mihi melius visum fuit secundum mysteriorum diuersitatem, diuersa dona à genitrice Dei postulare.

METHODVS LEGENDI
Rosarium mentaliter.

Qui Rosarium mentaliter dicere volet: primum mysterium illius decadimente paulisper secum expendat, deinde orationem Dominicam cū decem salutationibus, vnicuique mysterio subiungat. Deinde attentè meditationis puncta perlegat, & singula per se

DE ROSARIO.

se, mente reuoluat. Neque necessarium est vt in eadem meditatione, tria illa puncta simul percurrat, sed quando cū fructu vni puncto inhærere potest, non sit sollicitus ad alia festinare, quæ alio tempore considerare poterit. Si vero prius malit meditationem instituire, & deinde orationem Dominicam, decemque Salutationes Angelicas subiungere, pro libitu agere poterit, vti supra dictum est.

Et quia in omni meditatione intuitus & voluntas concurrunt, ille discurrendo vel ratiocinando, hæc autem affectū in se aliquem concitando, vt vtraque ipsarum materiam habeat, vtiliter inmorandi meditationi, & vt speratus ex meditatione fructus percipiatur, hic duo quædam notabo. quæ incipientibus non mediocri iuuamentum præstabit.

Primum est: Vt meditans melius possit intuitu discurrere, prius repræsentet oculis mentis, aut imaginationis mysterium illud quod meditatur, tam efficaciter, vt ipsi videatur se coram omnia

MEDITATIONES.

intueri: Vt in meditatione Natiuitatis
Dominicæ: imaginetur sibi se in aliquo
angulo stabuli illius in quo natus est
Christus consistere: atque præsentē ea
quæ sibi acta & dicta sunt, cernere: Talis
repræsentatio, siue vt alij vocant, loci
compositio, plurimum conducit ad
hoc, ne mens sua instabilitate ad illi-
citas & inutiles cogitationes euaga-
tur

Hac repræsentatione facta, intelle-
ctu discurrat circa conditiones, & cir-
cumstantias personarū quæ huic myste-
rio præsentēs affiterunt, considerando
videlicet cogitationes pias & sanctas
quas habuerint, aut habere potuerint,
verba quæ dixerint, & actiones quas e-
gerint. Demum cogitet secum quid fa-
cturus fuisset, si in illo mysterio præses
extitisset: Exempli causa. In medita-
tione de Natiuitate, considerabit circū-
stantias illius qui nascitur, quod sit Dei
filius, Rex gloriæ, Dominus vniuersi
&c. Cogitationes deinde illius amoris
facibus plenissimas, quia maximo desi-
derio flagrabat, pro sceleribus nostris
satis.

DE ROSARIO

R

fatisfaciendi, à seruitute peccati nos redimendi, & omnibus bonis locupletandi. Loco verborum considerare poterit, sanctas illas lachrymas quæ ex oculis sacri pueruli ob frigoris asperitatem promanarunt. Simili modo discurret ac ratiocinabitur circa considerationem circumstantiarum, verborum, cogitationum, & operum B. Virginis Mariæ, S. Iosephi, SS. Angelorum & Pastorum.

Alterum est: ut postquam meditans considerationem aliquam deuotam intellectu repererit, adnitatur voluntate aliquam ex ea affectionem, amoris, odij, doloris, gaudij, tristitiæ compassionis, aut aliam materiæ meditatione conformem, elicere. Exempli causa: In meditatione de Natiuitate Domini, cum intuitus secum expendit æternum Dei filium à seipso beatissimum, salutis nostræ constituendæ causa, hominem factum esse, & vix dum natum, pati & scelera nostra expiare capisse: mox voluntas commouetur ad amandum & gratias sancto huic puero referendas, & ad compatiendum

ei in tantis incommodis, & ex toto corde illi se offerendum. &c. Similiter in meditatione Passionis cum intellectus secum ratiocinatur, quomodo peccata nostra mortis Christi causa extiterint: statim voluntas odium capitale aduersus peccatum concipit. Ante omnia vero reflexionem aliquam ad teipsum facito, exempli gratia: Si præfens adfuisses quando Christus in stabulo natus est, quanta cum diligentia & sollicitudine commodam aliquam mansiunculam Infantulo & B. Virgini præparasses: & si aliud nihil agere potuisses, saltem habitu cælestem illum puerum calefecisses, & si hoc minime suffecisset, sanguinem etiam amore illius profudisses. Denique hinc elicies feruida desideria & firma proposita, colendi honorandi, perfectissimeque seruiendi tanto Domino, qui tam multa tui causa fecit ac pertulit.

QUINQUE MYSTERIA
GAVDIOSA.

MEDITATIO I.

De mysterio Annunciationis.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo Dei
filius humanam naturam, ad totius
humani generis redemptionem assumptu-
rus, in Matrem sibi elegerit Mariam vir-
ginem conditione humillimam, quam ad
tātam dignitatem exulit, quanta nulli vn-
quam puræ creaturæ concessa fuit.

II. **C**ONSIDERA, quomodo postea-
quam felicissimum illud Incarnationis
Dominicæ tempus aduenisset, Deus de cæ-
lis Gabrielem Angelum misert, qui ad
Beatam Virginem precibus concipiendis
in pauperculo suo domicilio intentam in-
gressus, eidem ex parte omnipotentis Dei
nunciauit: quod electa esset quæ conciperet
& mundo ederet Messiam totius mundi
Saluatorem.

III. **R**EVOLVE tecum quomodo Ma-
ria non minus redemptionis humanæ cu-
pida.

pida, quam Creatori suo promptam obedientiam exhibere, humiliter assensu sic Angeli postulatis, atque ipso consensu Christum operante Spiritu sancto ac virgo semper intacta permanens, conceperit.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, DEI munus est exaltare hominem, hominis contra officium est seipsum deprimere. itaque si teipsum extollis, atque id quod datum tibi est, tibi usurpas, DEVS te iuste ac merito humiliabit, arrogando sibi id quod tui officij erat.

2. Fili, si vis sanctis inspirationibus à Deo visitari, segrega te paulisper à nimia hominum conversatione, (quemadmodum Maria) atque orationi precibusque insiste.

3. In suscipiendis officijs & honoribus, oculos semper cum MARIA, ad virtutem, conuerte non ad tuam duntaxat commoditatem & exaltationem.

ORATIO.

O Benigna & dulcis Maria, à Deo ad tantam dignitatem electa: te deprecor placare digneris mihi clementissimum Redem-

DE ROSARIO. 35

emptorem nostrum Iesum Christum, quē tu virgo purissima & intemerata, ab Angelo Gabriele primum certior reddita, Spiritus sancti operatione in Ciuitate Nazareth concepisti, ac nouem mensibus castissimo utero tuo gestasti. Effice Domina, vt anima mea ijs virtutibus adornetur, vt spiritualiter concipere, & circumferre mereatur toto peregrinationis suę tempore, Iesum Christum; vt omnium rerum mundanarū oblita, solum Iesum cogitet, ad illū omnes cogitationes & opera sua dirigat, & illius honorem & gloriam in omnibus spectet. Amen.

MEDITATIO II.

*De mysterio Visitationis B. Virg.
MARIAE.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE quomodo Maria Dei mater effecta, posteaquam intellexerat ab Angelo, Elisabeth cognatam suam sterilem & annosam, ex diuina voluntate concepisse, ad montana in quibus illa morabatur, perrexit, vt eam inuiseretur, ei que ad partum vsque deuotē inseruaret.

II. CON

II. **C O N S I D E R A** quomodo Elisabeth Mariæ salutatione percepta, Spiritu sancto repleta, tamque insolito gaudio perfusa fuit, ut etiam puerulus sex duntaxat mensium, quem vterō gestabat, præ lætitia exultauerit.

III. **E X P E N D E** tecum quomodo B. virgo trimestri hoc spatio quo fuit cum Elisabetha, omnibus qui in domo erant, ob insignem modestiam fuerit gratissima: & cū stupore omnium in domus seruitijs sedula fuerit, nihilominus solita pietatis exercitia non relinquens.

DOCUMENTA.

1. **F**ili dum inferius alijs, noli tuam attendere dignitatem & excellentiam, sed Deum cuius amore id ipsum agis: hac namque ratione graue ac molestum tibi haud quaquam videbitur, montes etiam proximorum iuuandorum causa conscendere, quamuis te inferiores sint.

2. Si Saluatio Mariæ in terra degentis, potuit talem exultationem in Elisabetha producere: Nunc in celo vitam beatam viuens, non minorem tibi gratiam præstabit, si singulari eam deuotione colueris.

3. *Labores tui Dei amore peracti, maioris erunt meriti, si frequenti orationi, seruida que deuotioni, quemadmodum Mariae opera, coniuncta fuerint.*

ORATIO.

O Amantissima & humilis Maria, arca Dei altissimi, quæ postquam Iesum Redemptorem nostrum concepisses, festinanter ad Elizabetham cognatam tuam profecta es, quæ statim ut tuam percepit salutationem, gaudio ineffabili, & Spiritu sancto repleta fuit: quin etiam puerulus Iohannes Baptista, plenus insolita lætitia, in utero eius exultauit: Eique trium ferè mensium spatio, cum non mediocri omnium admiratione, humillimè seruiuisti. Dignare, ô Angelorum Regina, à Spiritu sancto, cælesti sponso tuo, talem charitatē & humilitatem mihi impetrare: ut ego meī Creatoris amore, ad tuum me exemplum componam, & cum omni gaudio & deuotione cunctis, etiam me inferioribus, seruiam.

Amen.

MEDI

*De Natiuitate IESV Christi Domini
nostri.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quousque se demiserit Dei filius, vt te exaltaret: quanta in rerum omnium indigentia in lucem hanc editus sit, vt te locupletaret: Attende quam maturè incipiat suis passionibus & ærūnis, vanas & fugaces sensuum tuorum voluptates exoluere.

II. **C**ONSIDERA piæ matris erga puerum Iesum affectus: vnum reuerentiæ, tanquam Deum: alterum amoris, tanquam filium suū: tertium compassionis, eò quod cereret illum tanta commodorum omnium penuria laborantem, vt necessè haberet eum in præsepi reclinare.

III. **C**ONTEMPLARE gaudia SS. Angelorum in Natiuitate sui & nostri Domini, tripudiantium & exultantium; quamuis non ignorarent, illum natum esse ad saluandam humanam naturam, eamque super omnes Angelorum hierarchias extolleendam.

DOCV.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, ea quæ Christus tui sublimandi & di-
tandi gratia fecit, nihil tibi proderunt; si tu
arrogans, elatus, & opibus, voluptatibusque mū-
danis plus quam par est, animo affixus, addictus-
que fueris.

2. Ne commouearis aut perturbaberis, quan-
do tibi in hac vita aliquid rerum necessariarum
deest: quia totius vniuersi Domino iam multa
defuerunt, ut in stabulo nasci & in praesepe col-
locari non sine magna corporis sui molestia, debue-
rit.

3. Fili exemplo Angelorum, semper de bonis
proximorum tuorum letare, quamuis te excellant
& superent: quia si de his tristatus fueris, præter-
quam quod bonum istud auferre aut imminuere
non valens, tibi ipsi non parum nocet, quod stulto-
rum & amentium est.

ORATIO.

O MARIA exēplū obedientiæ, quæ vt
edicto Cæsaris tēpore incōmodissimo
vtpote

utpote brumali, atq; utrum nono iã mēse
gestans, obtemperares, itineri te cōmisisti:
cumque nullum in ciuitate Bethlehemitica
reperires hospitium, in stabulum diuerse
se coacta fuisti, vbi non tantum nullo cor-
repta dolore, ut communis parturientium
mos est, sed etiam incredibili delibuta gau-
dio IESVM peperisti: quem statim ut in
lucem editus fuit, humillimè veluti Deum
adorasti, & inde pannis vilibus inuolutum
in præsepi collocasti. Effice Regina mea
tuis precibus, ut sanctus hic filius tuus, mi-
hi non sit frustra natus, sed ut, quemadmo-
dum ille dignatus est meæ naturæ parti-
ceps fieri, sic ego gratia ipsius id efficiente,
consors diuinitatis esse merear. Amen.

MEDITATIO IV.

*De presentatione Domini in
Templo.*

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo B. Virgo
quadraginta diebus post partum e-
lapsis, ad Templum Hierosolymitanum
profecta sit, & quamuis legi huic minimè
sub-

subiecta foret) ibique genibus humillimè in terram fixis, eximia cum animi deuotione, filium suum Deo Patri præsentauerit & obtulerit.

II. CONTEMPLARE quomodo etiam puer Iesus amoroso ac feruido cum affectu semetipsum æterno Patri, cui amore, tuæque salutis causa, obtulerit.

III. ASPICE posthæc beatum Seneca Simeonem, qui Christum vnus gestans, tanta animi, voluptate perfusus fuit, vt nihil ultra in hac vita desiderans, lachrymis exultationis & gaudij à Deo petierit, vt spiritum suum in pace suscipere.

DOCUMENTA.

1. Sicuti Deus nunquam non sustentat & regit nos, ita tu fili exemplo Mariae, nullam occasionem bene operandi tibi effluere patere, quamuis ad id nulla obligatione constringaris, quia meritum tuum idcirco non minus erit.

2. Fili si Deo aliquid offerre cupis quod tuum sit, ei que pergratum, da ei amorem ac voluntatem tuam, que multò adhuc acceptior ei erit, si pariter dilectum filiū ipsius Iesum, qui noster est, quia

quia nobis datus, & pro nobis natus est, ei obtuleris.

3. *Fili, si vis cum S. Simeone letus vivere, & in pace mori, ne desideres in hac vita quicquam, nec alteri adhaereas, quam Christo.*

ORATIO.

O M A R I A speculum omnis puritatis & obedientiae, quae ut legem cui subiecta non eras, adimpleres, non magnopere curasti, indigam te ostendere purificatione: ideoque die quadagesimo ad templum Hierosolymitanum iter instituisti, gestans tecum desideratum omnium gentium Iesus v. m., & deposita pro eo pauperum oblatione, deuotissimo eum corde caelesti Patri obtulisti. Fac, obsecro, pia mater, ut liberam voluntatem meam ita Creatori meo consecrem & offeram, ut ipse eam suscipiat, ducat, & dirigat: & ego eam non amplius uti meam, sed uti tuam à te donatam, tuoque seruitio non semel consecratam, tractem.

Amen.

M. E.

MEDITATIO V.

De Iesu perditione & inuentione in templo in medio Doctorum.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo B. Virgo, posteaquam singulari cum religione Paschalia festa Hierosolymis peregerit, atque cum inde reuenteretur, Iesus ibidem remanserit, Matre nihil horum sciente, sed existimante ipsum in virorum comitatu esse, qui in huiusmodi celebrioribus cōgregationibus ac festiuitatibus, à mulieribus segregati erant.

II. **C**ONTEMPLARE quam acerbos dolores B. Virgo persenserit, quando sub vesperam dilectum filium amissum esse animaduertit. Quam amaras lachrymas nocte illa profuderit: Quam gembundis cum suspirijs summo mane Hierosolymā, eius inquirendi gratia reuersa sit.

III. **P**ERPENDERE, quam ineffabili gaudio cor Marię perfusum fuerit, quando desideratū filiū suū inter Doctores in tēplo cum omnium admiratione & stupore disputantem reperit.

DO-

DOCUMENTA.

1. **F**ili, si in bonorum operum exercitatione labore aliquem aut iacturam percipis, noli contra Deum commoueri, vel bona opera relinquere, sed a quo ac patienti animo hæc sustine: cum enim DEO non minus aduersitatum tolerantia, quam aliorum bonorum operum exercitium placeat, idcirco, aduersitatem hanc super te venire permisit, ut tuam probet patientiam, & per illius exercitium ipsi gratius & acceptus reddaris.

2. Si Maria ob Christum sine sua culpa perditum usque adeo doluit, quid te facere oportebit, quando illius per peccatum iacturam facis?

3. Fili, si gaudenter Christum inuenire cupis, quare illum in templo, quare eum cum dolore, quare denique illum statim, ubi te illum perdidisse animaduertes.

ORATIO.

O MARIA consolatrix afflictorum: te deprecor per acerbum illum dolorem, quem hausit anima tua, quando Iesum Hierosolymis perdidisti, & matris quaesiuisti: Et per illud ineffabile gaudium quo cor tuum

eam perfusum fuit, quando tertio die inter Doctores in templo illum reperisti: im-
 petra mihi tale lumen, vt quis I E S V S sit,
 & quam infelix anima mea sine I E S V sit,
 agnoscam; vt prius milles mortem oppete-
 re cupiam, quam mea culpa I E S V M
 perdere. Et si aliquando illum perdidero,
 cū lachrymis, & suspirijs, vt illū quæsiuisti,
 requiram, nec vllam mihi quietis partem
 concedam, donec eum reperero. Amen.

QUINQUE MYSTERIA DOLOROSA.

MEDITATIO I.

De oratione Christi in horto.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Christus
 priusquam passionem suam acer-
 bissimam ordiretur, ad Patrem trinam in
 horto sudit orationem: qua totum se Patri
 resignauit, & pro salute animæ tuæ consen-
 sit, ad amarissimæ Passionis suæ calicem
 potandum.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo
 Christo, in terra prostrato, ac precibus in-
 cumbente, Angelus ad eum confortandū,
 bb & ros

& roborandum descenderit, ipse vero tantis doloribus, & angustijs circumdatus fuit, ut sanguinem sudauerit.

III. REVOLVE tecum quomodo mansuetus IESVS quamvis afflictissimus, nequaquam indignatus fuerit, aduersum Apostolos a se delectos, ut suarum angustiarum socij & spectatores essent, cum eos somno indulgere cerneret, dum ipse tantis vndique angustijs premeretur.

DOCUMENTA.

1. **F**ili discè à Christo in tribulationibus & aduersitatibus, ad orationis præsidium cõfugere, sed ita, ut nihil determinati postules, sed totus sis in te humiliando, atque Dei creatoris tui beneplacite voluntati resignando.

2. Discè præterea à Christo, non commoueri, quando tribulationibus agitaris, & alij aut tibi minimè succurrunt, aut nulla erga te mouentur compassione.

3. Fili, non tibi videaris multum egisse, si pro amore Dei in proximorum necessitatibus subleuandis & curandis sudore madeas: quando quidem Christus tui causa sanguinem vbertim sudauit.

DE ROSARIO.

27

ORATIO.

O MARIA Regina cælorum, te humili-
liter oro, tibi supplico, vt digneris,
tua pia intercessione Redemptorem nostrū
IESVM Christum mihi reddere propitiū,
qui hortum cum discipulis ingressus, pro-
pter nos graui mærote confectus fuit, &
pròlixius orans, ob angustiaè vehementiam
toto corpore sanguinem sudauit. Fac obse-
cro Domina mea, vt ego in doloribus &
angustijs meis, ita diuinæ voluntati me cõ-
formem & resignem, vt ad exemplum Filij
tui Magistri mei, nihil aliud cogitare aus-
dicere valeam: præterquam, *Fiat Domine ve-*
luntas tua, non mea. Amen.

MEDITATIO II.

De Christi ad columnam flagel-
latione.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE quomodo in-
nocens IESVS à Pilato ludæorum,
hostium suorum potestati traditus fuerit,
vteum flagris cæderent, atque hoc suppli-
cio satiati, mortem eius non desiderarent.
II. **P**ER PBNDE quãta cū rabie impij sa-
tellites Iesū nullo respectu habito audauc-
rint,
bb 2. xint,

runt, ipso non modò non repugnante, sed etiam permittente, vt instar mancipij ad columnam ligaretur, quo peccatorum tuorum vincula solueret.

III. **C O N S I D E R A** quale tormentum sanctissima illa caro tam immaniter flagris concisa senserit, vt tuas inordinatas voluptates expiaret. Quantus etiam dolor pijsimę Matri fuerit, quando acerbum illud nuntium, tam crudelis & contumeliosi tormenti ad aures illius perlatum fuit.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, si similis esse non vis Pilato, qui innoxium flagellis cædi curauit: deuita peccatis, quo innocens anima potestati passionum turbulentarum traditur, & ab eis vexatur & flagellatur.

2. Fili aspice vt christus non conqueratur de inhumanitate & crudelitate ministrorum, in eum seuentium: Et tu tam facile perturbaris, & conquereris, quando vel non sicut optares, honoraris, vel alij maioribus honoribus quam tu afficiuntur.

3. Disce quomodo te oporteat carnem tuam tractare, si eam rebellem experiri nolis, & ceruicem tibi

tibi persuade, melius esse ut eam in hac vita flagris cedas, quam ut in altera vita Dæmonum flagella perpeti cogatur.

ORATIO.

O Clémentissima Dei mater, te deprecor per illum dolorem, quem innocentissimus IESVS sensit, quando in prætorio Pilati contumeliosè vestibus spoliatus, ad columnam arctissimè religatus, in eaque atrocissimè flagellatus fuit, & quaquaversum sanguinis riuos promanavit: te rogo mater misericordiæ, dignare mihi de cælo talem impetrare virtutem, ut lætus & gaudens suscipiam, patienterque sustineam, omnia flagella quibus clemens Deus in hac vita me visitauerit, quemadmodum Filius tuus suscepit, & toleravit ea, quæ per summam iniuriam ei ab impijs Iudæis inflicta fuerunt.

Amen.

MEDITATIO III.

De Christi spinea coronatione.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA ornamenta quibus Iudæi Cælorum Regem, Dominum tuum, per ludibrium vestierunt: purpuram ludicram, coronam spineam, & arundinem quæ sceptri locum suppleret. Aspice, quanta cum obedientia & mansuetudine IESVS hæc ab irrisoribus suis accipiat.

II. **C**ONTEMPLARE venerandum illum vultum à ministris abiectissimis alapis percussum, & sputis defædatum. Non est curæ Domino quod derisui habeatur, ut hoc exemplo animi tui arrogantiam, & ambitiosa desideria confunderet, & ad eius detestationem te excitaret.

III. **R**EVOLVE tecum crudeles illas spinas quæ caput IESVS transfixerunt, etiam Mariæ animam dolore transfixisse, quæ tamen quando tam ignominiosum tormentum ei nunciatum fuit, non excaudit adversum truculentiam Iudæorum.

DOCV.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, disce cum mansuetudine obtemperare, etiam in rebus palato tuo minus placentibus, & existimationi tue aduersantibus, quando quidem Christus in ijs qua ad maiorem illius dolorem & ignominiam spectabant, promptissimam obedientiam tortoribus suis exhibuit.

2. Fili, ne queras in hac vita honorari, aut estimari, nec doleas si aliqua tibi injuria irrogatur. Attende ut Dominus tuus despectui habitus, & ab hominibus abiectissimis iniuriosè tractatus fuerit.

3. Fili, quod tristaris de malo tuo aut proximi tui, non est peccatum: sed quod perturberis, & excandescas aduersum Creaturas aut Creaturam earum, id verò non leue crimen est.

ORATIO.

MARIA dulcis & benigna peccatorum Aduocata, dignare mihi placatum reddere clementissimum Redemptorè nostrum Iesum Christum, qui à facinorosis hominibus, purpura ad maiore illius ignominiam circumamictus, spinis acutissimis coronatus, per ludibrium ab infimæ conditionis

hominibus adoratus, arundineque & alapis crudelibus cæsus fuit.

Fac obsecro pijsissima Regina, vt huius spinosi capitis membrum sum nõ delicatũ, sed vt I. S. S. V. Christi exemplo me conformem, & patienter propter amorem eius omni inuriam & contumeliam, meique contemptum quem mihi in præsentem vitam homines intulerint sustineam, illumque tolerando, conuenientem inde fructum animæ referam. Amen.

MEDITATIO IV.

*De Christi crucis ad montem Caluarie
baiulatione.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **A**SPICE vt Dominus tuus iniuste ad mortem à Pilato condemnatus, nec quicquam de iniuria sibi facta quaestus, iniquæ sententiæ paruerit, & Cruce in humeros debilitatos ac laceros assumpta, iter ad Caluarie locum cepit, volens libensque morti se offerendo, vt tibi vitam æternam donaret.

II. **EXPENDE** tecum quantum dolorem hauserit mæsta mater, quando terribilem iustitiæ tubam insonare percipit, & vexillum.

DE ROSARIO.

37

vexillum mortiferum explicari, atque ad montem Caluariae, communem videlicet supplicij locum deferri conspexit.

III. CONSIDERA Mariam simul cum alijs mulieribus foras urbem egressam fuisse, vt Iesum doloribus & afflictionibus confectum cerneret. Perpende quantus cordi eius dolor fuerit, quando innocentē filium sub graui crucis pōdere, totum sanguine perfusum, ac deformatum intuita est.

DOCUMENTA.

Disce fili crucem portare, & his quibus debes sine excusationibus & querimonijs obtemperare, vt & Christus his quibus obligatus non erat, & qui magnam ei iniuriam faciebant, obediens extitit.

2. Fili, si afflictiones & aduersitates quibus in hac vita premeris, cum afflictionibus Mariae componeres, non essent tibi vsque adeo graues, & molestae; nec tam magnae, quales nunc existimas, tibi viderentur.

3. Non expedit Fili, vt tu tibi crucem, quā portaturus sis, eligas; sed opus est, vt ad exemplū Christi, crucem quamcunque tibi Deus portandam dederit, hilariter suscipias, & constanter feras.

bb. 53 O R A

ORATIO.

O MARIA mæstorum solatium, & fortitudo: te deprecor fac vt in tribulationibus miseri huius exilij habeam subleuatorem I E S V M, qui à Pilato morti contra fas & æquum adiudicatus, & Iudeorum, hostium suorum infensissimorum potestati traditus fuit, qui crucem laceris eius humeris imposuerunt: Ipse vero opprobrium hominum factus & abiectio plebi, cum insigni patientiæ exemplo, licet non absque grauiissimo cruciatu, ad montem Caluariæ tulit. Fac Regina mea per tuam sanctam intercessionem, vt in ferenda cruce, & tribulationibus præsentis vitæ, anima mea non perdat meritum, neque de via vquam aberret. Amen.

MEDITATIO V.

De Christi crucifixione.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Christus postquam ad montem Caluariæ peruenisset, vestibus cum immani rabie spoliatus, & cruci affixus fuerit: etus conclauationis eius, & ingentes blasphemias quas impij satellites in I E S V M euomebant, per pie piente B Virgine Maria, quæ lachrymosâ illam processionem sequebatur. 2. Cor.

DE ROSARIO.

II. CONTEMPLARE quomodo Christum iam cruci affixum, exaltauerint, crucisque pedem in scrobem præparatum cadere permiserint; In qua totius corporis concussionem, incredibiles angustias perferens, manuumque ac pedum vulnera, cum acerbissimo doloris sensu, amplificata fuerunt.

III. PERPENDERE tecum quas defeciones passa fuerit B. Virgo, dum lamentabile hoc spectaculum intueretur, nempe filium suum charissimum nudum, & uti facinorosum & infamem hominem in Cruce medium inter duos latrones, pendentem, & cum morte colluctantem, omni spe illi succurrendi, aut solatium aliquod præstandi sublata.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, dum pateris pro amore Dei, non murmeres, neque fatigeris. Aspice ut Iesus tui amore non quiescat, sed quanto proximior fit morti, tanto magis eius tormenta incrementa sumunt.

2. Noli indignari ob contumelias & iniurias que tibi irrogantur, quandoquidem Dominus, cui iusta excusationis materia suberat, nec ira contra ministros efferbuit, nec de suis cruciatibus indoluit, vel lamentatus est.

bb 6

3. Fili,

3. *Fili non sufficit crucem ad montem vsque portare, nec satis est eidem affigi, sed necessarium est exemplo Christi in cruce ad mortem vsq; constantiter persistere.*

ORATIO.

O Maria tutissimum indigentium refugium, fac ut sim verus imitator mansueti Agni I e s v, qui in cruce medius inter duos latrones pendens, cum multis conuitijs, ac blasphemijs à Iudæis impeteretur, ac miris modis ludibrio haberetur, humillimam ostendit patientiam, & Patrem suum cælestem pro inimicis & crucifixoribus suis exorauit. Te igitur obsecro, virgo benignissima, per dolorem illum quæta sensit anima tua, quando Filium infontem, in cruce pendere conspexisti, impetra mihi tres illas virtutes, quæ in passione illius potissimum emicuerunt, videlicet, Patientiam,

Humilitatem &
Charitatem.

Amen.

QUINQUE MYSTERIA.
GAVDIOSA.

MEDITATIO I.

De Resurrectione Domini.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA, quomodo Christo mortuo, anima eius victrix ad Lybnum perrexerit, atque inde SS. Patres in libertatem asseruerit. Expende tecum quale fuerit eorum gaudium, quis iubilus, quandoquidem tanto tempore nihil ardentioribus votis desiderauerant, & à Deo postulauerant.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo die tertio eadem anima corpori se iterum vnierit. Et Christus de sepulchro gloriosus egrediens primò Matrem inuiserit, eamque summa voluptate & gaudio perfuderit.

III. **P**ERPENDE tecum quomodo deinde Magdalenam quæ ipsum singulari amore ac perseuerantia quæsierat, solatus sit: idemque postea fecerit alijs discipulis, quamuis in passione ab eis derelictus fuisset.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, cum Christus descenderit ad infernalem regionem, ut consolaretur ac liberaret S. S. Patres in teterrimo illo carcere conclusos, condescens etiam est, ut tu ad auxilium & consolationem afflktorum, carceres & nosocomia visitare non erubescas.

2. Disce à Christo parentes & maiores tuos omni obseruantia colere. Disce à B. Virgine & Maria Magdalena, in rebus aduersis, ad Christum aspirare, nec de creaturis conqueri.

3. Fili, iniuriarum tibi factarum omnem memoriam abice, ut iuxta Christi Domini exemplum, bonum pro malo semper reddas.

ORATIO.

OMARIA miserorum ac tribulato-
rum protectrix, fac, obsecro, ut ex toto
corde dulcissimum liberatorem nostrum
I E S U M Christum diligam, qui tertio post
mortem die virtute propria rediuiuus, &
triumphans, è sepulchro clauis & sigillis
diligentissimè munito, exiuit, teque dile-
ctissimam Matrem suam & alios amicos
inuisens, incredibili voluptate perfudit. Ti-
bi O.

DE ROSARIO.

39

bi ò cælestis regina supplico, per illud gaudium quo delibura fuisti, quando desideratissimum filium tuum à mortuis rediuiuū conspexisti, effice vt ego à terra mearum imperfectionum, ad nouam vitam exurgens, cælestia tantum quæram & gustem. Amen.

MEDITATIO II.

De Ascensione Christi.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo Christus in monte oliueti consistēs, iamque ascensurus in cælum, amplexata primum matre sua, ceterisque omnibus, per ordinem eis benedixerit: & deinde turmis Angelorum & sanctarum animarum, quas è lyngo eduxerat, stipatus, in altum ascenderit, discipulos suos indefinenter respiciens, eisque benedicens.

2. **A**SPICE quanta cum celebritate ab æterno Patre, totaque cælesti curia susceptus, & tanquam victor, cum incredibili gloria ad thronum gloriæ perductus fuerit.

2. Coa-

III. CONSIDERA quomodo Apostoli alijque discipuli videntes Christum ab eis in cælos ablatum fuisse, per fugium suum habuerunt ad B. Virginem; eamque venerantes sibi in Magistram & directricem delegerunt.

DOCUMENTA.

1. **F**ili nisi ad celestem patriam cor tuum ab omnibus terrenis rebus abstractum & auulsum premiseris, nunquam ad calum peruenies.

2. Si (ad Christi exemplum) celos triumphans ingredi desideras, necessarium est, ut non modò inimicorum extrinsecorum, verum etiam intrinsecorum, quales sunt passionēs & inordinata desideria, cum animo pugnantia victor euadās.

3. Fili, quando Christus recedit à te, aridumque & afflictum te relinquit, recurre (quemadmodum Apostoli) ad piissimam Matrem ac Virginem Mariam, eamque roga, ut tibi sit ductrix in hac valle miserie ac lachrymarum, ut Iesum sequi eiusque vestigia imitari valeas.

ORA.

ORATIO.

O Amantissima virgo Maria, infirmorum & debiliū fidum sustentaculum: fac vt in molesta hac peregrinatione per amoris affectū ad dulcissimum Saluatorem meum I E S V M ascendam: qui quadragesimo post resurrectionem suam die gloriosus ascendit in cælum, & velut eximius triumphator ad dextram Patris resedit: Impetra mihi ô Domina hanc gratiam, vt curram semper in odorem virtutum capitis mei I E S V Christi, tandem que ad expectatissimam patriam, in qua regnat perueniam, vbi eum laudem per infinita sæcula sæculorum. Amen.

MEDITATIO III.

De aduentu Spiritus sancti.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo post gloriosam Christi in cœlos ascensionem, B. Virgo Maria Hierosolymam redijt, vbi partim sermonibus, partim exemplo Christi fideles instituebat, illosque ad expectandum Spiritus sancti consolatoris.

ris, à Christo promissi aduentum robots-
bat.

II. CONTEMPLARE quomodo
discipulis simul cum B. Virg. MARIA in
vno cubiculo congregatis & orationi in-
stantibus, Spiritus sanctus venit, & supra
vnumquemque in forma linguarum igne-
arum conspicuus apparuit

III. ASPICE quomodo Spiritus san-
ctus Apostolos ita inflammavit, confirma-
uit, tantaque illos fortitudine, sapientia &
feruore compleuit, vt omni vano timore
eliminato, è vestigio Christum in publico
prædicare cæperint.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, da operam vt proximum magis bono
exemplo, vii fecit MARIA, quam verbis
instruas: quia bonum exemplum statim penetrat
& mouet cor, verba verò tardè & raro ad cor
pertingunt.

2. Quemadmodum Christus in cælum gloria-
suu abiens, discipulorum suorum in terris relictio-
rum haudquaquam oblitus fuit: sed spiritum san-
ctum illis misit: ita & tu in dignitatem sublima-
tus, voli obliuisci eos qui te inferiores sunt, conso-
lari & animare.

3. *Vis omnem vanum timorem à te propellere? fac vt Spiritus sanctus tecum habitet. Et vt consolatorem hunc adipiscaris, perseuera cum Apostolis in oratione.*

ORATIO.

O Clementissima virgo M A R I A , cōsolatrix afflictorū, te oro, per illā exultationem quam sensit anima tua in consolatoris huius ad recentem Christi Ecclesiā aduentu, vt digneris tua sancta intercessione mihi impetrare hanc gratiam, vt à dilecto filio tuo I E S U Christo, qui spiritum Apostolorum suorum cæterorumque fidelium cordibus infudit, à quo mirandum in modum consolati, roborati, illuminati, atque instructi fuerunt, aliquid fauoris ac beneficij consequar. Fac Domina mea, vt cælesti hoc igne ita succendar, inflammer, & renouer, vt omni mundana gloriola conculcata, omnes cogitationes, verba & opera mea ad meritam Dei gloriam referam. Amen.

De B. Virginis Mariae in caelos assumptione.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo B. Virgo **M**ARIA, presentiam suam Ecclesiae amplius necessariam non esse iudicans, eò quod iam satis excreuisse & sufficienter instructa esse videretur: petijt à **D**eo ex hac vita tolli, & dilecto filio suo sociari.

II. **C**ONSIDERA quomodo B. Virginis **M**ARIAE preces exaudita fuerint: ideoque anima illius à corpore separata, Angelorum manibus in caelum delata: corpus vero ab Apostolis, qui non sine miraculo omnes morti eius interfuerunt, sub terra conditum fuit.

III. **R**EVOLVE quomodo anima B. Virginis iam beatificata, triduo post mortem suam, ex divina voluntate de caelis descendit, ut corpus suum resumeret: quo recepto, B. Virgo inter Angelorum cateruas, ingenti cum laetitia in caelum assumpta fuit.

DOCUMENTA.

1. **D**isce fili à Beata Virgine non denegare proximis operam tuam, quando eam illis necessariam esse cognoscis: etiamsi te ipsum hac ratione multis priues consolationibus.

2. Si vis in morte animam tuam ad caelos euolare, opus est, ut modò eam à peccatorum pondere liberares, atque ab omni inordinata affectione, quae eam ligatam tenet, exoluas.

3. Fili, si cupis à DEO multis, quemadmodum B. Virgo Maria priuilegijs & beneficijs affici: statue dum viuis nihil aliud velle, quam quod DEVS vult; sic enim ab eo tanquam ipsum esses, tractaberis.

ORATIO.

O MARIA caelestis aurora, quae splendore tuo cunctos lætificas & recreas, impetra mihi gratiam, ut à sole iustitiæ IESU Christo filio tuo trahar & illuminer, à quo tu genitrix eius sanctissima in caelos assumpta, & super omnes Angelorum choros exaltata fuisti. Fac obsecro Mater piissima, Angelorum regina, ut tuo exemplo

emplo in terris per semitam humilitatis
incedam, & tandem per sanctissimi filij tui
merita, ad felicissimam patriam in qua per
enniter viuit & regnat, peruenire valeam.
Amen.

MEDITATIO V.

*De gloriosa B. Maria in caelis corona-
tione.*

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONTEMPLARE quomodo Ma-
tre DEI B. Virgine MARIA tanta
cum gloria caelos introeunte, omnes beati
spiritus eam venerati fuerint, & ingenti
cum tripudio, eam veluti Reginam suam,
exceperint.

II. **C**ONSIDERA quomodo tota ce-
lestis curia, obuiam ei procedens, illam sin-
gulari cum honore ac maiestate ad San-
ctissimæ Trinitatis thronum perduxit, à
qua honorificè suscepta & coronata fuit.

III. **A**SPICE quomodo deinde in pre-
tiosissimam sedem, supra omnes Angelo-
rum choros ad dilectissimi filij sui dexterā
collo-

collocata fuit, vbi nunc pro illis qui se diligunt & venerantur, intercedit.

DOCUMENTA.

1. **F**ili, vide ad quantam gloriam & honorem humilitas B. Virginem prouexerit. Si ergo honorari cupis in caelis, opus est vt ad exemplum **MARIAE** humilies te in terris.

2. Certo tibi persuade, neminem vel propter diuitias, vel propter nobilitatem, vel propter scientiam coronandum esse in caelis: sed propter virtutem & bona opera in hac vita peracta, triumphum, & eternam in caelis coronam adepturum.

3. Si vis B. Virginem **MARIAM** tui in caelis curam habere, atque varia à **DEO** beneficia tibi impetrare, venerare & speciali deuotione cole ipsam in terris: esto humilis, & super omnia puritatem atque mundiciam sectare.

ORA-

ORATIO.

O MARIA procellosi huius maris
stella, & nostra in caelis aduocata, te
humiliter obsecro, vt mihi propitium red-
dere digneris clementissimum Redem-
ptorem meum I E S V M Christum, qui in-
genti cum laetitia totius caelestis aulae, te
coronauit, teque super omnes alios San-
ctos, proximius sibi assidere voluit. Fac,
pijssima Domina, vt ita in terris depug-
nem, vt perennem coronam promerear
in caelis, vbi diuinam Maiestatem
omnium bonorum meorum
primam scaturiginem,
perpetuis laudi-
bus celebrem
Amen.

LITA-

LITANIAE B. MARIAE ⁴⁹
VIRGINIS.

K Yrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
CHRISTE audi nos.
CHRISTE exaudi nos.
Pater de coelis DEVS. miserere nobis.
Fili redemptor mundi DEVS. mis. no-
bis.
Spiritus sancte DEVS. mis. nobis.
Sancta TRINITAS vnus DEVS. miser.
nobis.
Sancta MARIA. ora pro nobis.
Sancta DEI genitrix. ora.
Sancta Virgo virginum. ora.
Mater Christi. ora.
Mater inuiolata. ora.
Mater castissima. ora.
Mater purissima. ora.
Mater intemerata. ora.
Mater amabilis. ora.
Mater laudabilis. ora.
Mater diuinæ gratiæ. ora.
Mater Creatoris. ora.
Mater Saluatoris. ora.
cc Mater

LITANIAE.

Regina omnium Sanctorum, ora pro nobis

ANTIPHONA.

Sub tuum præsidium confugimus sancta DEI genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta.

Vers. Ora pro nobis sancta DEI genitrix.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

Protege Domine famulos tuos subsidijs pacis, & B. MARIAE semper virginis patrocinijs confidentes, à cunctis hostibus nos redde securos. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Vers. Benedicamus Domino.

Resp. DEO gratias.

ORATIO AD GLORI-
OSISSIMAM VIRGINEM
MARIAM.

SERENISSIMA Coeli Regina, Mater
vniigeniti DEI Patris filij, sacrarium
spiritus sancti, MARIA virgo purissi-
ma, gratia plena, super omnes mulieres be-
nedicta, saluto, laudo, & veneror beatissi-
ma viscera tua, quæ fructum vitæ per quæ
toti mundo salus & benedictio aduenit,
produxerunt.

Et quamuis verè agnoscam me indignū
esse, qui tuas laudes prædicem, aut coram
oculis tuis comparem, quia in peccatis
conceptus & educatus sum: agnosco nihil-
ominus tua pietate dignum esse non as-
pernari peccatores, pro quorum reconcili-
atione in talis filij Matrem electa fuisti:
Scio etiam te licet ad summam hanc dig-
nitatem sublimata sis, antiquam nihilo-
minus humilitatem & benignitatem, qua
omnibus clemens & propitia es, non de-
posuisse: Ac proinde quemadmodum ad te
confugiunt peccatores, velut ad mediatri-
cem, & miseri veluti ad misericordiæ Ma-
trem, ita & ego qui omnibus miserior &
sceleratior sum, ad te venio.

AD B. VIRGINEM.

13

Ad quem enim securius confugiam quam ad te, quæ super omnes Angelorum & Beatorum choros exaltata es, & post filium tuum Dominum nostrum, altissimam in cœlesti aula sedem obtines?

In quem certius fiduciam meam collocem, quam in te, quæ peccatorum es aduocata, & Luna splendens tenebras nostræ noctis illuminans? Quis me maioribus beneficijs ornabit quam tu, quæ es Cœli porta, cuius orationes tam gratae atque acceptæ sunt diuino conspectui, vt quilibet etiam impetrare possis: Quapropter, o pia Mater, consolatrix nostra tibi me commendo, atque ad sanctissimos pedes tuos aduolutus, tuam piam imploro clementiam: noli me indignissimum peccatorem deserere virgo sacratissima: quia nemo te inuocauit & repulsus est; nemo in te sperauit & confusus est. Conuertere ad me illos tuos misericordes oculos, quæ merito comparantur piscinis Hesebon, quia quemadmodum illis nunquam defuit aqua: ita pijs oculis tuis nunquam deest misericordia, & miseriarum nostrarum compassio: vt de te rectius dici possit quam de lobo, quod ab infantia tecum creuerit miseratio, & de matris utero tecum egressa fuerit.

cc 3

Inclina.

Inclina, benignissima Virgo, aures tuas pietatis ad orationem afflicti serui tui: & aspice tribulationes & ærumnas quas patior: quibus si vis certus sum, te nullo negotio medelam facere posse. Ego quidem indignitatem meam, & quam tibi dissimilis sim agnosco: quia tu es tota sancta, tota gratiosa, tota pulchra, & macula non est in te, ego verò sum peccator, totus miser, totus in peccatis natus, totus sordidus & execrabilis: nihilominus quanto maior est vilitas mea, tanto clarius ex mei susceptione elucescet humilitas tua: & quanto maiora sunt vulnera mea, tanto manifestior erit in mei curatione potentia & misericordia tua. Quare, dulcissima Virgo, *Monstra te esse Matrem, iungenda in adiutorium manus*, & noli mihi denegare, quod illis, qui se tibi pia deuotione commendant, concedere solita es.

Recordare, gloriofa virgo, quam gloriofa dicta fuerint de te & facta per te, quia quæ de te prædicta & præfigurata fuerant, opere adimplesti.

Tu es speciosa & pia illa virgo per Rebeccam figurata, quæ aquam præbuit, non tantum seruo Abrahami petenti, sed etiam camelle.

AD B. VIRGINEM.

95

camelis eius: quod tu perfectius agis, quæ non es contenta iustos, qui sunt homines secundum rationem viuentes beneficijs decorare, sed etiam peccatores, qui instar gibbosorum camelorum, à concupiscentijs suis superari se patiuntur; quibus tu aquam diuinæ gratiæ impertias; cuius ut me quoque indignissimum tua intercessione participem facias supplex rogo.

Tu es Regina illa per Hester pulcherrimam figurata, cuius intercessione, Rex Assuerus illis quos ad mortem condemnauerat, vitam largitus est: sic & tu speciosissima, & clarissima in oculis summi Regis Regum existens, multis qui propter scelera sua æternam damnationem mereantur, tuis precibus immortalem vitam obtines: intra quorum numerum, ut me quoque, qui æterna morte dignissimus sum, admittas humiliter oro.

Tu es figurata per prudentem illam Abigail, quæ Dauidem de tota domo ipsius se vlcisci patrantem prohibuit: quod & tu sæpenumero, tua prudentia & gratia facis, impetrando ne Deus in nos iuxta multitudinem & gravitatem scelerum nostrorum animaduertat: quod ego à te spero.

calius flagito, qui me cæteris omnibus ea gratia indigentiorum agnosco,

Tu es melior Iudith: tu gloria IERUSALEM, non modo terrenæ, sed etiam cœlestis. Tu lætitia non tantum populi tui Israhel, sed etiam Angelorum. Tu honor populi Christiani. Tu denique virgo excellentissima, sola omnium fœminarum quæ te præcesserunt, teque præfigurant perfectionem & excellentiam superas, quia omnes gratiæ, quæ alijs per partes collatæ sunt, tibi soli cum maiori plenitudine simul fuerunt infusæ. Itaque aliarum fœminarum nulla est, quæ tibi comparari possit. Angelos puritate, & omnes Sanctos perfectione atque sanctitate vincis. Quandoquidem ergo sanctior & gratiosior es, quam vlla possit lingua profari, fac, vt tantarum diuitiarum & donorum quibus decorata es, aliqua ad me pars pertineat: vt ex paupertate ac miseria in qua versor, emergam.

Aspice, oro, mæsta suspiria mea & continuos gemitus afflictæ cordis mei, propter acerbas illas lachrymas quas magno cum animi tui dolore profudisti: quando amantissimum filium tuum cruci affixum, inter latrones pendentem, & pretiosissimum sanguinem cum immanissimis cruci-

ciatibus profundentem conspexisti: & propter amarissimam passionem & mortem ipsius, quæ animam tuam sanctissimam dolore penetravit: propter hæc inquam te obtestor, impetra miserè vitæ meæ aliquod refrigerium, quæ inter tot afflictiones deficit.

Letifica ô lætitiâ Angelorum, *animam serva* ut tu, *sonet vox tua dulcis in auribus meis*, ut per illam conforter, viuificer, & incipiam cantare canticum novum in laudē tuā, enumerando misericordias tuas, & te sine fine cunctis generationibus quæ te beatam pronuntiant, benedicendo: cuius inæstimabilis gloria & beatitudo, permanebit in Cœlo & in terra per omnia

secula seculorum.

Amen.

F I N I S.

cc. 5

R. P.

R. P.
LVCAE PINELLI
SOCIETATIS IESV,

MEDITATIONES
*De septem vitijs Capitalibus, vir-
tutibusq; illis op-
positis.*

VNA CVM SVCCINCTA
vitiolorum ad ea fugienda, & virtu-
tum ad eas conquirendas di-
lucidatione.

10
BREVIS INSTRVCTIO.

Qua pius lector informatur, quomodo
presenti Libello vti de-
beat.

Libellus hic (Amice Le-
ctor), non minoris vti-
litatis, quam ceteri, quos
in lucem dedimus, occa-
sionem tibi subministra-
bit, non mediocrem in Christiana
perfectioe progressum faciendi: Cùm
propter materiam quam complectitur,
tum propter methodum, qua eadem
tractatur: quæ facilis est, & ad vsum siue
praxin accommodata. Et quoniã Chri-
stiana perfectio in duobus consistit, vi-
delicet, in vitiorum fuga, & verarum
ac solidarum virtutum acquisitione,
iuxta illud Psalmistæ dictum, *Declina
à malo & fac bonum*: idcirco partiti-
sumus eum in duas partes. Quarum pri-
or de vitijs capitalibus, eorumque fili-
abus agit: Posterior de virtutibus illis
oppositis. In tractatu de vitijs hunc or-
dinem tenuimus. Primò, vniuscuiusque
vitiij naturam, proprietates & filias in-
dagamus,

dagamus, magna cum breuitate ac facilitate: quæ ferè ex S. Thoma de Aquino alijsque Doctoribus sanctis accepimus, loca illorum fideliter citando, vt si quis vberiore de his tractationem requirat, ad fontes recurrere, & quod quaerit, sine difficultate reperire valeat.

Deinde breuiter attigimus, quando circa vnumquodque vitium Capitale, atque filias eius, mortaliter, quando venialiter peccetur. In quo magis ad ea, quæ communiter in vsu siue praxi occurrunt, quam ad speculatiuas quaestiones respeximus.

Secundò, breuem de vnoquoque vitio Meditationem in aliquot puncta distinctam subiunximus, quo eorum deformitas & nocumenta, quæ animabus adferunt, clarius cognoscerentur, & facilius atque efficacius in tentationibus vitarentur.

Tertiò, breue documentum adiecimus, quo ferè nonnulla ad vitium illud magis detestandum ac fugiendum accommodata, complectimur.

Quartò

AD LECTOREM.

61

Quartò sequitur discursus, quo Lectori vitium illud, de quo agitur, brevibus, & non inefficacibus rationibus dissuademus.

Quintò & ultimo, remedia ad usum accommodata, & unicuique vitio propria ponimus.

Eundem in Secunda parte, quæ virtutum vitijs oppositarum tractationem continet, ordinem sequimur.

Omnia autè quæ scribimus eò respiciunt, vt Lectores virtutum pulchritudine allecti & incensi, eas acquirere & in animabus suis plantare studeant: quod si graviter & industriè fecerint, non dubito, talem eos exinde fructum relaturos, vt non modò in hac, sed etiã in altera vita, magnam inde voluptatè percepturi sint. Reliquum est, vt Lectorem compendiò instruam, quomodo libello hoc cum fructu uti possit.

Primò necessarium est præsupponere, Naturam nostram, cuius corruptela peccato primorum parentum adscribenda est, à se, veluti terram malè cultam, ad producendos tribulos, spinas, & fructus:

Etus acerbos, inclinatum ac propensum esse: Quapropter si velimus hortum animæ nostræ, bonos fructus progerminare, opus est, primum noxias herbas ex ea euellere, & loco earum salubres plantare: eodem enim labore dum bonæ plantantur, noxiæ eradicantur: quia cum vitium & virtus sibi contraria sint, mox ut illa nos possidere, atque radices in nobis agere cœperit, necesse est, ut vitium ei contrarium cedat.

Cæterum ut ad specialiora veniamus: sciendum est, duabus vijs mundari posse hortum interiorem à malis & noxijs herbis, id est, à vitijs & peruersis inclinationibus. Prima est prohibere ne foras erumpant, ideoque germen eorum, id est, exteriores actus & opera vitiosa succidere. Hæc ratio vitia extirpandi minus perfecta est, quia cum relinquatur in nobis vitiorum radix, suo tempore aliquando reflorescere & germinare poterunt. Posterior est. Non modò actus extrinsecos vitiorum impedire, sed etiam illa funditus è corde extirpare, atque radicibus euellere: Quæ
ratio

AD LECTOREM.

rario perfectior est priori: quemadmo-
dum medicina, quæ non modò efficit,
vt malum foras non erumpat, neque in-
firmo fastidium siue molestiam adfe-
rat, sed etiam mali radicem amputat, si-
ne comparatione melior est illa, quæ
tantum efficit, vt malum foras non pro-
diens, aliquod cum ægro quasi foedus
ineat.

Ad eradicanda igitur vitia & malas
inclinationes præter diuinum auxiliũ,
necessaria est etiam à nostra parte hæc
diligentia: vt quisquis agnoscit se (ver-
bi gratia) ad iram inclinatum, & ab hoc
vitio liberari cupit; primum manè sur-
gens, diuinam imploret gratiam, vt to-
ta illa die, sui ipsius custodiæ inuigilare
queat; ne in Iræ vitium imprudens la-
batur: postulet præterea opem Angeli
sui custodis, aut alterius Sancti, ad quẽ
singulariori deuotione afficitur. Dein-
de sibi ipsi diligenter inuigilet, maximè
in occasionibus iræ passim occurrenti-
bus: & quotiescunque in illud vitium
corrui, toties præter dolorem, quem
statim pro lapsu concipiet, aliquam
pœni-

poenitentiam sibi metipsum imponat: cuiusmodi esse possunt: terram osculari, pectus tundere, eleemosynam aliquam pauperibus largiri, orationem certam aut Psalmi versiculum recitare. Quod si difficile aut molestum sit statim, propter alios forse praesentes, eam perficere, annotet diligentissimè, quoties eodie in illud Iræ vitium inciderit, & vespere praedictas poenitentias compleat. Aduertat etiam, bonum esse, eo die quonotabilem in Iræ vitio excessum fecerit, priuare se, aliquibus cibis in cœna; hoc enim faciet eum sequenti die in praecauendis iræ motibus cautiorem & circumspectiorem.

Vsurpabit autem exercitium hoc decem aut quindecim diebus continuis. Deinde rotidem diebus idem faciet in cæteris vitijs, nempe blasphemiarum, alijsque malis inclinationibus expugnandis. Et quia decem aut quindecim dies ad vnum vitium funditus extirpandum minimè sufficiunt, opus erit, vt post aliquantum temporis, ad illa vitia quæ magis in se dominantur ac perualent,
veluti

ADLECTOREM.

65

veluti ad Iram cœteraque expugnanda redeat, quoadusque penitus ea deuicerit.

Quod mihi quidē multò magis probatur, quā in vno vitio euellēdo, vno aut duobus mensibus integris hærere: id enim propter diuturnam temporis in vnius vitij debellatione moram, fastidium & negligentiam parit: sed in ijsdem vitijs profligandis variatione vti, & suo tempore ad eorum quæ nos maximè molestant, expugnationem denuo reuerti, hoc vires, feruorem atque diligentiam quasi renouare videtur.

Methodus porrò virtutes in nobis plantandi hæc est: vt quisquis desiderat (exempli causa) humilitatis virtutem acquirere, manè cū expergiscitur, gratiam flagitet à Domino, aliquem in ea virtute progressum faciendi, simulque Sancti alicuius, qui ea virtute maximè claruit, veluti B. Virginis Mariæ, S. Ioannis Baptistæ, aut alterius, auxilium imploret. Deinde statuat eo die frequentes humilitatis actus exercere. Sub vesperam examinet, num illos humilitatis

ris actus, quos manè secum proposuerat facere, in opus deduxerit: si ea se adimpleuisse inuenerit, gratias DEO referat: Si negligentem in ijs exercendis se fuisse aduerterit, aliquam prædictarum poenitentiarum assumat. Et si ea die optimam actus humilitatis frequentandi occasionem se habuisse, & propter focordiam eos neglexisse reperit, maiorem à se poenitentia exigat.

Exercitium hoc decē aut quindecim diebus, uti supra de vitiorum extirpatione dictum est, continuabit: deinde totidem dies alteri virtuti adipiscendæ impendet: atque post aliquantum temporis ad eas virtutes, quibus maximè indiget, eadem methodo repetendas & acquirendas reuertetur, quoad usq; illas se cōsecutum esse, ex signis quibusdam intelligat. Committere nō possum, quin pium Lectorem hoc loco peramanter moneam, ne exercitium hoc negligat: quia quemadmodum, ad verā perfectionem Christianam adipiscendā medium est efficacissimum: ita Dæmoni vehementer odiosum, ideoq; totis viribus

AD LECTOREM.

67

virib⁹ efficit, vt videatur esse exercitiū
laboris plenum & nullius utilitatis;
quo hac ratione homines ab illius vsu
deterreat, aut eis qui iā illud amplexi
sunt, vt relinquunt, persuadeat. Quod
non magno negotio apud illos, qui pa-
rū aut malè ratiocinantur efficit. Quia
si quis tantummodo diligentiam & la-
borem, quem exercitium hoc postulat,
consideret, & nihilominus à vitio con-
tra quod decertat se liberari, aut virtu-
tem pro qua conquirenda desudat, ad-
ipisci non videat, facilè exercitium hoc
operæ ac difficultatis plenū, nulliusq;
fructus esse censebit. Verū non ita se
res habet, manifesta est hæc deceptio
Diaboli. Bonus enim æstimator labo-
rem virtuti quam adipisci, aut vitio, à
quo liberari desiderat, æquiparare de-
bet. Quare qui considerauerit virtutum
excellentiā, & æterna bona ad quæ
hominē perducit: & è contrario à quā-
tis malis eximatur, qui in vitiorū extir-
patione desudat, non æstimabit labori-
osū hoc exercitiū: neq; etiā si rectè rati-
ocinetur inutile esse iudicabit, quāuis
è vestigio per illud vitia eradicari, &

VIR-

virtutes inferi non senserit. Quia quæ præclara & eximia, ea etiam difficilia sunt, & non statim atque faciliter, sed multo cum labore obrinentur: hostis etiam posteaquam domum semel occupavit, non ita facile expellitur. Necessaria est igitur temporis longinquitas, necessaria est & diligentia, quamvis non tanta, quantam homines mundani ad terrenas & fugaces opes quæ possessæ cruciant, conquirendas & cumulandas, adhibent. Addo præterea Exercitium hoc tam gratum atque acceptum esse DEO, ut etiam si quis ea quæ cupit, non assequatur, bene tamen totam vitam suam in eo impensam censere debeat: quia Pater misericordiarum, eos qui ad solam ipsius gloriam, hoc exercitium frequentant, donis coelestibus locupletare non negligit.

PROEMIVM.

82
Magnus ille Doctor Ecclesia S. Grego-
 rius, lib. 31. *Moralium* cap. 32. cum
 illa S. Job verba (exhortationem ducum
 & vlulatum exercitus) exponeret, poste-
 aqua exhortationes, quibus peccata Capi-
 talia, velut totidē Superbia duces, hominē
 ad suas partes adiungere, eiq; vt peccatū
 peccato adiungat persuadere nituntur,
 posuisset, demum subiicit. Has exhortati-
 ones idcirco vlulatus exercitus sequi dici-
 tur: quia infœlix anima semel princi-
 palibus vitijs capta, dum multiplicatis
 iniquitatibus in insaniam vertitur, fe-
 rali iam immanitate vastatur.

Hac igitur prima pars representat nobis
 miserabile illius hominis exitū, qui se totū
 vitijs permittit, a quibus deniq; demonū
 potestati, æternis gehēna incendijs cruciā-
 dus traditur. Quare piū Lectorē exhortor,
 vt cōsideret illā S. Ioannis Chrysostomi ho-
 4. in *Matt.* admonitionē vbi sic ait: Nō est
 possibile nos verē viuere, nisi in nobis
 vitia omnino moriantur. Hæc necessa-
 riō nos perimūt in futuro, si nos viuere
 hic illa patiamur: quinimo etiā ante il-
 lam mortem, hic exigunt a nobis hor-
 renda supplicia.

MEDITAT. DE VII.
PRIMA PARS.

DE SEPTEM VITIIS
CAPITALIBVS.

*Doctrina de superbia vitiorum ca-
pitalium regina.*

QVandoquidem Superbia (vti sacrae
Literae Ecclesiast. 10. inquit)
omnis peccati principium & origo
est, rectè S. Gregorius in Moralibus, lib.
31. cap. 31. à numero septem peccatorum
capitalium eam excludens, omnium illo-
rum Reginam constituit. Verba illius sunt
haec. *Ipsa vitiorum regina superbia, cum deuictò
plauè cor ceperit, mox illud septem principalibus
vitijs, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum
tradit. S. Thomas, 2. 2. artic. 2. & 8.
quaest. 162. idem confirmat: & quaest. 132.
art. 4. hanc adfert rationem. Quia fines om-
nium vitiorum ordinantur in finem superbiae, &
ei quodammodo subseruiunt. Adiungit et-
iam: Superbiam in omnia alia vitia influe-
re, ideoque non numerari inter septem
specialia peccata mortalia, sed potius esse
Radicem, Matrem & Reginam eorum.
Superbia, inquit August. lib. 14. de Ciuita-
te DEI, cap. 13. est *peruersa celsitudinis ap-
petitus*: id est. Superbia est vitium ad amo-
rem*

VITIIS CAPITAL. 90

tem & appetitum inordinatum propriæ excellentiæ inclinans, dum aliquid esse cupit supra id quod est.

Hinc Isidorus lib. 10. Etymolog. cap. 18. rectè ait. Superbum idcirco dici, quia super vult videri quam est.

Cum ergo Superbia omnium peccatorum origo sit, meritò Isidorus 2. lib. de summo bono appellat eam omnium virtutum ruinam, quia omnibus est contraria, omnes oppugnat. Quamvis quoad hoc, quod Superbiæ proprium est, contemnere debitam subiectionem, dici possit, eam propriè contrariam esse humilitati.

Gradus Superbiæ sunt quinque, de quibus S. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 31. & S. Thom. 2. 2. articul. 4. & 5. quæst. 162. Vbi notandum est tria esse bonorum genera, eaque omnia à Deo existere: qui ea gratis largitur cui, quomodo, quando & quantum vult. Alia sunt bona Naturæ, vti sunt, ingenium, memoria, pulchritudo. Alia Fortunæ, qualia sunt diuitiæ, honores, potentia. Alia bona spiritualia, cuiusmodi sunt, gratia, prophetia, donum concionandi, & similia.

Primus Superbiæ gradus est, quando quis bona quædam habet, atque illa se non à Deo sed à seipso habere existimat. Secun-
dus

dus est: quando quis agnoscit quidem se
 à Deo illa habere, verum non gratis, sed
 suis meritis ea se accepisse censet. Tertius
 est: quando quis gloriatur se habere, quod
 non habet. Quartus est: quando quis ca-
 teros despectui habet, eisque anteferri ac
 superior esse cupit. Quintus est: quando
 quis Deo & sanctissimis eius legibus
 subditus esse renuit. Et quanquam super-
 bus in singulis hisce gradibus peccet, quia
 in vnoquoque illorum interuenit peruer-
 sus propriae excellentiae appetitus, in quin-
 to tamen grauissimè peccat, quia Deo,
 cui omnis honor & reuerentia debetur,
 quoniam Dominus & Rex noster est, con-
 temptum continet.

Effectus siue signa superbiae sunt duode-
 cim de quibus agit S. Bernard. in tractatu
 de 12. gradibus humilitatis: & S. Thom. lo-
 co citato, art. 4. ad 4.

Primum signum est. Curiositas, per quam
 quis curiosè vbique & inordinatè circum-
 spicit.

Secundum est. Leuitas mentis, per quam
 homo superbè se habet in verbis.

Tertium est. Ineptalætiria, per quam quis
 ineptè sibi complacet.

Quartum est. Iactantia, per quam quis
 sine causa gloriatur & sese ostentat.

Quin-

VITIIS CAPITAL.

73

Quintum est. Singularitas, per quam quis
sanctior cæteris vult apparere.

Sextum est. Arrogantia, per quam homo
se alijs præfert.

Septimum est. Præsumptio, per quam quis
sufficientem se reputat ad maiora.

Octauum est. Peccatorum defensio, qua
quis vitia sua excusat, ne culpabilis videatur.

Nonum est. Simulata confessio, per quam
quis non vult subire pœnam pro peccatis,
ideoque simulatè confiterur.

Decimum est. Rebellio, qua quis superiori-
bus suis obedire detrectat.

Undecimum est. Libertas, per quam homo
delectatur liberè facere quod vult.

Duodecimum est. Consuetudo peccandi,
quæ implicat DEI & mandatorum ipsius
contemptum.

Hæc duodecim signa seu effectus super-
biæ, non tantum sunt peccata, verùm etiã
nuriunt & notabiliter augent superbiam:
quare qui à tam peruitioso vitio liberari
cupit, has & similes actiones pro virili de-
uitabit.

S. Gregor. in Moral. lib. 24. cap. 22. & 23.
inquit: Quemadmodum humilitas electo-
rum DEI signum est, qui per ipsam æter-
nis in Cælo gaudijs perfrui merebun-
tur:

dd 141:

tur: ita superbiam esse manifestum reproborum signum: qui cum illa, sempiternis gehennæ incendijs tradentur

Cætera vitia omnia (vti rectè notat Boethius,) fugiunt à DEO, superbia sola est, quæ DEO se audet opponere: atque hinc fit, quod, quemadmodum S. Iacobus in Epistola sua Canonica cap. 4. ait: DEVS superbi resistit.

Notandum hic est: non quoslibet actus superbiæ esse peccata mortalia, sed illos duntaxat, in quibus superbus DEVM aut mandata eius, aut superiorum suorum contemnit, vel proximum cum notabili iniuria aut damno illius aspernat. Ceteri Superbiæ actus, vt plurimum, sunt peccata venialia.

*Meditatio ad detestandam
Superbiam.*

1. **C**ONSIDERA superbiam DEO ita odiosam esse: vt quanquam ille mitissimus & benignissimus sit, nihilominus superbis resistat, illos deprimat, & dispergat, quemadmodum Angelis elatis fecit. Quomodo ergo in nos vermiculos, qui sumus puluis & cinis, si arrogantes fuerimus, animaduertet?

2. **C**ONSIDERA, Superbiam hominibus

minibus ita inuisam esse, vt nemo libenter cum superbis conuerfetur & agat: cum ergo non habeant in hac vita amicos synceros & ex animo, necessarium est vt in negotijs suis, magnas cordis affectiones experiantur, atque amaritudine repleantur.

3. CONSIDERA Superbum, quia magnam de se concipit existimationem, si non honoretur vt vult, intrinsecus cruciari & torqueri: ideoque vitam illius infelicissimam esse: Et quia intus continuisurbationibus vexatur, nihil quod præclarum & cum virtute coniunctum sit, efficere potest.

4. CONSIDERA, Sanctum Iob affirmare, Diabolum esse regem super omnes filios superbix. Quid autem boni potest habere in hac valle lachrymarum, qui tam sæui & immanis Tyranni seruus & mancipium est?

DOCUMENTVM.

*F*ili, Superbia est arbor à damone plantata & exculta, rami eius in sublime feruntur, & videntur esse delectabiles, sed sunt infirmi ac fragiles, atque idcirco quo quis altius per illos scandit, tanto periculosius corruet

dd 2 DIS-

DISSVASIO SUPERBIAE.

FRater, quandoquidem superbia tanto-
perè displicet Deo & hominibus, atq[ue]
soli Diabolo amica est, decet vt illam ab-
horreas, detesteris, & plus quam mortem
fugias. Quia si rectè perpendas, nihil habes
de quo superbire possis. Quicquid enim
boni in te reperitur, tuū non est, sed à Deo
(vti S. Paulus testatur) accepisti: ideoque nō
ad te sed ad Deum pertinet. Peccata & vi-
tia tua sunt: de illis autem si gloriari velis,
manifestæ id foret amentia. Sed demus te
aliquid boni habere aut agere, non tamen
conuenit vt propterea extollaris, & in su-
perbiam erigaris. Nam homines extolle-
re, Dei officium est: qui autem Dei
munera sibi vsurpat, meritò ab ipso casti-
gatur: hinc enim ait Scriptura: *Qui se exal-
tat, humiliabitur.*

Itaque char. ssime frater, moneo te, vt in
omnibus huius mundi sublimitatibus, cō-
sideres quid tibi tanquam Christi discipu-
lo conueniat, non quid in ordinatæ appeti-
tiones tuæ tibi suadeant. Lucifer ob consi-
derationis huius defectum similis esse vo-
luit Altissimo, & primi parentes nostri
Deo similes, atque bonum & malum sci-
entes

entes esse cupuerunt, sed vtrique, quia quæ non decebat appetebant, à DEO grauiter puniti, & è locis, in quæ collocati fuerant, exturbati & eliminati fuerunt.

Remedia contra Superbiam.

Primum. Sæpenumero ante oculos sibi ponere, proprios defectus, tam animæ, quam corporis.

2. Alios se meliores & in virtutibus prouectiores intueri.

3. Cum humilibus & modestis conuersari.

4. In vestitu, & omnibus alijs rebus extrinsecis, superfluitatem & vanitatem cauere ac resecare.

DOCTRINA DE VANA gloria.

Secundum doctrinam S. Gregorij lib. 31. Moral. cap. 2. quam S. Thomas sequitur. 2. Secundæ, quæst. 162. art. 2. & 3. Vana gloria, est vnum ex septem vitijs capitalibus, quia ex illo (vtriusque postea declarabitur) alia quamplurima vitia nascuntur. Et quoniam Vana gloria, est primogenita Superbiæ filia, idcirco iidem Doctores aiunt, eam primum locum obtinere inter septem peccata Capitalia.

Adi

Ad intelligendam Vanæ gloriæ naturam, aduertendum est, quinque esse humana bona honorabilia in Laudem, Honorem, Famam, Gloriam, Reuerentiam.

Laus est, benè loqui de virtutibus alicuius. Honor est, venerari aliquem in signum excellentis probitatis, qua decoratus sit. Fama est publica attestatio popularis, de re siue actione aliqua honorata, quam quis fecerit. Gloria est clara notitia dignitatis alicuius cum laude coniuncta. Reuerentia est actus quo honoratur atque æstimatur bonitas alicuius.

Porro Vana gloria est appetitus inordinatus manifestandi propriam excellentiam, aut præclaram aliquam actionem cum virtute coniunctam à se patratam, ut inde gloriam, famam aut aliud quid supradictorū bonorum consequatur. Quamuis, ut resertè S. Thomas art. 1. quæst. 132. loco citato ait, si illud ipsum opus bonum ad Deum honorem, & proximorum salutem & profectum, patefieri cupiat: actus ille potius virtutis quam vitij sit. Hinc enim est quod Christus apud Matt. cap. 5. opera nostra bona manifestari vult, ut Deus per illa glorificetur.

Vana gloria mortaliter peccat. Qui

Qui pro aliquo horum quinque bonorum adipiscendo laborat cum intentione ac fine peccati mortalis. 2. Qui vltimum finem suum in aliquo eorum constituit. 3. Qui laudem querit ex actione, quæ ex se est peccatum mortale: vt, quod iniuste aliquem percusserit, occiderit, ad duellum prouocauerit. &c. 4. Qui propter sæculares dignitates & exultationem retinendas, facit quidpiam contra legem ac mandata DEI. vt verbi causa; iudex qui ne principis gratiam aut officium amittat, iniuste iudicat: aut mulier, quæ ne infametur, peccato consentit: quod non fecit Susanna. 5. Qui propter humanas laudes & gloriam, notabili cum DEI irreuerentia, & proximorum damno, tale officium, cuius ignarus est, exercere præsumit: vt concionari, medicum vel aduocatum agere, docere, & similia.

Vanæ gloriæ filia sunt septem. 1. est. Iactantia, quando quis verbis se altius extollit, quam reuera est, vel in nobilitate, vel in scientia, vel in diuitijs. 2. est. Nouitatum præsumptio, quando quis factis alios ad sui admirationem inducit: vt in uentione notuarum epularum, iocorum, vestium &c. 3. est. Hypocrisis, quando quis se iustiozem & sanctiozem simulat, quam reuera est: quod etiam si ad aliorum ædificationem

dd 4 fiat,

fiat, peccatum est. 4. est. Pertinacia, quando quis opinioni suæ pertinacius inhæret, quam oportet: quæ opinio si circa res fidei, contra communem Ecclesiæ intelligentiam versatur, est peccatum Hæresis. 5. est. Discordia, quando quis eorum, cum quibus concordare atque conuenire obligatus est, voluntati contradicit. 6. est. Contentio, quando clamosa voce quis cum alio verbis contendit. 7. est. Inobediencia, quando quis superiorum suorum iussa obpernatur: & committit peccatum mortale quoties ea quæ sibi sub pœna peccati mortalis iniunguntur, opere non perficit, modo ex contemptu id agat.

Nota, omnes has Vanæ gloriæ filias esse peccata, quia omnes à recta ratione deuiant: vt plurimum autem esse peccata venialia. Sed quando in aliquo eorum interuenit finis mortalis, aut legis diuinæ transgressio, aut præceptum Ecclesiæ, quod ad mortale peccatum obligat, aut notabilis irreuerentia DEI, aut graue scandalum, vel damnum proximi spirituale siue corporale, peccatum erit mortiferum.

*Meditatio ad evitandam vanam
gloriam.*

1. **C**ONSIDERA iniuriam, qua DE-
VM vana gloria afficit: quia cum
DEVS bonarum actionum tuarum remun-
erator esse velit: tu mauis ab hominibus
rebus vanis & transitorijs munerari.

2. **EXP**ENDE tecum, quam ingens
damnum vana gloria adferat animæ tuæ:
spoliat enim eam vera gloria quam in Cœ-
lis, propter bonas actiones consecutura
esset: pro quibus in terra nihil nisi sonus &
fumus retribuantur.

3. **REV**OLVB tecum, eum qui vanè
gloriatur, quia bonum suum in iudicijs ho-
minum, à quibus gloria & laude dignus
cenferi appetit, constituit, declarare igno-
rantiam suam & animi abiectionem; quia
humana iudicia incerta & fallacia sunt.

4. **C**ONSIDERA Vanæ gloriæ cu-
pidum, à prudentibus nulla in existimatio-
ne haberi, à vulgo autem potius assentati-
one circumueniri, quam verè laudari: ide-
oque in hac vita multò amplius etiam a-
mittere quam lucrari.

DOCUMENTVM.

SCito fili, Daemonem in omni opere bono
 Stres foueas tibi praparare, vt in vnam
 earum corruas. Primo, magnam tibi per-
 suadet in eo efficiendo futuram difficul-
 tatem, ne illud aspicias. Deinde, laborat
 ne solam DEI gloriam in opere ipso tibi
 propositam habeas. Denique, praclarum
 aliquid a te paratum fuisse suggerit, vt
 per vanam gloriam, operis fructu te spo-
 liet.

DISSVASIO VANAE
 gloriae.

Certum & indubitatum est mi frater,
 in mundo innumeros alios te multo
 celebriores extitisse, & nihilominus mor-
 tem obiisse. Euidens porro est, plurimos ex
 illis quos modo in terra multis laudibus
 & praconijs ornamus, in Inferno perpe-
 tuis flammis cruciari. Quid igitur bonum
 ac celebre nomen prodest in terra? Quid
 gloria humana utilitatis adfert animae?
 Quanto melius est oculos a gloria terrena
 ad caelestem, & ab hominibus ad Christum
 conuerrere? Quanto securius est, omnia bo-
 na nostra in Christo constituere, atque ad
 illum

illum cunctas actiones nostras dirigere
 Quod ipse flagitavit, quando ad sponsam
 ait: *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Idem
 significauit Salomon quando ait. *Oculi Sa-*
piētis in capite illius. Decet enim vt quia Chri-
 stus est caput nostrum, in illo defixi sint o-
 culi nostri: sed qui gloriam terrenam quæ-
 rit, iudicium dat se oculos habere in pedi-
 bus, quos necesse est, à pulueribus excæca-
 ri. Itaque frater mi Charissime, recordare
 te à DEO creatum esse, non propter glori-
 am vanā & transitoriam, sed propter glori-
 am veram & sempiternam. Memento, hanc
 vitam idcirco tibi concedi, vt in ea, debitis
 medijs ad finem tuum adipiscendum vta-
 ris. Media sunt virtutes & bona opera. Re-
 linque igitur vanitatem gloriæ, cæco huic
 mundo, si vis ad immortalem quam DE-
 vs in cælo tibi præparauit, gloriam per-
 uenire.

*Remedia contra Vanam
 gloriam.*

- P**rimum est. Abscondere, quoad fieri
 potest bona sua.
2. Cum ab alijs laudaris, mentem ad de-
 fectus proprios conuertere.
 3. Omnem laudem suam DEO offer-
 re, quia ipse omnis boni nostri auctor &
 dator est, cui omnis laus & gloria debetur.

DOCTRINA DE AVARITIA.

VT quisque intelligat, in quo vitium Avaritæ potissimum consistat, primo sciendum est, bona temporalia cuiusmodi sunt, pecuniæ, possessiones, cæteræque diuitiæ, à DEO ad hominis usum ac ministerium destinata esse: ideoque rectam rationem flagitare, ut quilibet ex prædictis bonis tantum desideret, & consequi laboret, quantum ad vitam vniuscuiusque, iuxta statum & conditionem suam est necessarium. Et quia conditiones siue gradus hominum varij sunt; alij eam magnam habent familiam, alij exiguam: alij pluribus egent seruitijs, alij paucioribus, hinc fit ut aliquibus, ad gradum & statum suum, conseruandum, maiori temporalium bonorum copia opus sit: alijs non item. Quando vero horum bonorum cupiditas mensuram excedit, & quis amplius ex illis, quàm statui suo conueniat, desiderat, contra rationem agit, & avaritæ peccatum incurrit. Quæ (secundum doctrinam D. Thomæ in 2.2. artic. 1. quæst. 118.) aliud nihil est, quam immoderatus amor diuitiarum.

S. August. lib. 83. quæst. quæstione 36. nimiam cupiditatem, appellat venenum.

Cha-

VITIIS CAPITAL. 85:

Charitatis. Quod verum est, quando cupiditas tanta est, vt diuitias amori Dei & proximi, aut etiam sui ipsius anteferat. Vt exempli causa. Si quis propter nimiam ad opes & facultates affectionem, negligeret diuinorum mandatorum obseruationem: aut Auaritiæ peccato excæcatus, tolleret ac retineret alienam substantiam: aut semetipsum pro diuitijs consequendis, probabili mortis siue corporalis siue spiritualis periculo exponeret, id esset non modo contra charitatem, sed etiam peccatum mortale.

Quando vero esset tantummodo immoderata quædam affectio possidendi opes, esset quidem peccatum, sed non mortale.

S. Basilius sermone in diuites Auaros, inter alia de quibus eos reprehendit, sic ait: *Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calcens, qui apud te marcescit: egentis argentum, quod tu terra infossum possides.* Hinc S. Thomas & Caietanus art. 4. inferunt: illum grauiter peccare, qui plura quam ei ad decentiam & conseruationem status sui necessaria sunt possidens, ea per inordinatam affectionem retinet, & pauperibus, in graui necessitate existentibus, inde non subuenit.

Auaritia est peccatum Capitale, quia ab
dd. 7. ea.

ca septem alia vitia nascuntur: quæ S. Gregorius lib. 31. Moral. cap. 31. & S. Thomas art. 7. quæst. 118. vocant Auaritiæ filias: quia omnes ad matris suæ finem respiciunt: videlicet ad cumulandas, aut retinendas plures quam necesse sit diuitias.

Prima Auaritiæ filia est. Cordis duritia, quæ pro conseruandis opibus, egenis non compatitur, & est contraria misericordiæ.

2. est. Inquietudo mentis, quæ proficiscitur à timore acquisita perdendi, aut nimio desiderio eadem augendi. Auarus enim teste Eccles. cap. 5. nunquam dicit: sufficit.

3. est. Violentia, quando eodem fine aliorum opes per vim rapiuntur.

4. est. Fallacia, quando verbis ad decipiendum compositis, diuitiæ congregantur.

5. est. Iuramentum falsum: quando Auarus propter lucrum falsò iurat.

6. est. Fraus, quando Auarus lucri gratia, alios dolosè circumuenit.

7. est. Proditio, vti fecit Iudas, qui Christum propter Auaritiam prodidit, & triginta denarijs vendidit.

In his Auaritiæ filiabus, tribus modis peccatur mortaliter. 1. Qui commodè potest, & non subuenit pauperi in extrema aut certè magna necessitate constituto: præ-

sertima

VITIIS CAPITAL. 27

sertim si credat, alios ei opem minimè la-
tuos.

2. Qui propter immoderatam ad diui-
tias affectionem, legem aliquam ad morta-
le peccatum obligantem transgreditur.
3. Qui propter eandem inordinatam cupidi-
tatem, notabiliter scandalizat, aut detri-
mento afficit proximum suum, siue in cor-
pore, siue in anima.

*Meditatio ad detestandam Aua-
ritiam.*

1. **C**ONSIDERA Auaritiam facere,
quod homo, DEO creatori suo ter-
gum obuertat, totumque se tradat cumu-
landis diuitijs & in illis omnes suas spes,
opesque constituat.

2. **E**XPENDERE tecum iniuriam & dā-
num quod Auaritia infert animæ: quam
propter terrena & fugacia bona, facit per-
dere cœlestia & sempiterna bona, quorum
causa condita est.

3. **R**EVOLVE tecum, nihil esse in
hac vita, quod tantoperè inquietet cor ho-
minis, quantum Auaritia: quæ vel immo-
derato cum desiderio acquirendi, vel for-
midine acquisita perdendi, crudelis Tyrā-
ni instar, infœlicis auari animum torquet
& discrutiat.

4. **C**ONSIDERA, Auarum nemini
vtilem esse, nisi quando ex hac vita migrat:
quia dum viuit non aliter atque sus, vt se
impleat tantummodo attentus est: ideo que
à multis mors ipsius non modò desidera-
tur, sed etiam nonnunquam procuratur.

DOCUMENTVM.

Fili, Auaritia est hamus Diaboli conte-
ctus auro, quo homines cupidos inescat
& capit, illosq; miserabiles diuitiarum
seruos constituit. Eam S. Paulus idolorum
seruitutem vocat: quia Auarus diuitijs
seruit, & in illis spem suam collocat, non
secus atque Idololatra, Idolis suis famula-
tur, atque in illis fiduciam suam constitu-
it: sed vterque fallitur.

DISSVASIO AVA-
ritia.

Frater, cur tam auidè opibus terrenis:
plus quam necesse est congerendis in-
hias? Num putas te illis in hac vita, & po-
stea caelestibus etiam in altera vita bonis
fruiturum? Deciperis si ita existimas: quia
Auaritia non permittet te his opibus, quas
tanto cum studio ac labore acquisuisti,
gaudere: neque DEVS diuitias caelestes
Auaris.

Auaris vnquam impartietur : sed illis qui voluntariam paupertatem amplexati fuerunt : qui affectione sua à fallacibus huius vitæ bonis auersa, totam spem suam in cœlestibus bonis collocarunt : Auaris autem tanquam rebus terrenis addictis, in inferno cruciatus & tormenta tribuentur, quandoquidem propter cupiditatem terram cœlo antetulerunt. Nonne melius est frater mi, quod Christus verbo & exemplo docuit agere, id est, thesaurizare nobis thesauros in Cœlo, non in terra? quia in terra bona acquisita, hominem etiam inuitum aliquando deserant, in Cœlo vero nunquam. Auerte præterea, Auaritiam plurimum hominem fatigare, & acquirendi cupiditatem die ac nocte animum eius dilacerare ac cruciare : quoque opum cumulus amplius augetur, eo sitim & tormentum magis accrescere. Itaque frater mi, conuerte te ad bonum illud quod solum potest satiare ac voluptate replere cor tuum : ad illud nempe, quod DEVS tibi præparauit in Cœlo. Cœtera omnia huius vitæ bona sunt apparentia, felle permixta, & modicum durantia. Desiderantur non habita : habita vero, fastidium & nauseam pariunt. Non sic bona cœlestia : quæ sine fastidio satiant, & in nobis omnem aliam sitim plenè restinguendo.

guendo, animas nostras vera voluptate perfundunt.

Remedia contra Auaritiam.

1. **F**requentes elemosynas pauperibus largiri, atque paulatim, ab immodica terrenarum opum affectione, sese auocare.

2. Non conuersari cum hominibus auaris.

3. Pluris facere, dare quam accipere, & non minus in accipiendo, quam in emendicando res vitæ necessarias, erubescere.

DOCTRINA DE LVXV-
ria.

QVia Venerorum actuum vsus, à DEO ad generationem, atque humani generis conseruationem ordinatus est: idcirco si debito modo atque ordine fiat, non est peccatum. Sicuti nec ciborum vsus, qui ad particularium hominum conseruationem ac sustentationem directus est, si debito cum modo ac ratione vsurpetur, peccatum est. Sed quando dictus vsus nobis prohibitus est, aut quis in eo debita modum

modum & ordinem non seruat, tum incidit peccatum Luxuriæ. Ita docet S. August. de bono Coniug. cap. 16. & S. Thom. 2. 2. quæst. 152. art. 2. Luxuria igitur est vitium, inclinans hominem ad actus lasciuos inordinate exercendos: & quia finis eius est delectatio sensuum, per quam ad alia multa peccata perpetranda quis inducitur, hinc fit, quod Luxuria vitium capitale nominetur, teste S. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 31. Cassianus lib. de institutione Monach. & S. Thomas loco cit. quæst. 35. artic. 1. ad 4. aiunt: vitium hoc facilius fugiendo, & occasiones remouendo, quam resistendo superari. Quamobrem fallitur, qui cuperet actum aliquem Luxuriæ experiri, ac deinde ab ea omnino se abstinere: quia Luxuria quolibet lasciuo actu, mirabiliter crescit: atque hinc est, quod faciliori negotio castitas virginea, quàm vidualis custoditur.

Quoad peccata mortalia huius vitij discernenda, sciendum est primò, posse homini cogitationem aliquam immundam sine peccato incidere, quando eam non accersuit, nec illi occasionem præbuit. Secundo, quæadmodum repellere aut
resistere

resistere delectationi quæ ab hac cogitatione nascitur, quamuis ea nostro vitio siue culpa accersita fuerit, virtutis est, ita eidem consentire, peccatum est. Consensum hic appellamus, quando quis aduertit, delectationem quæ se ipsi offert, esse inhonestam, & nihilominus eam non reijcit; imo, quod maioris sceleris est, etiam in ea sibi complacet Tertio; Prædicta delectatio tum est peccatum mortale, quando his constat conditionibus. 1. si est de peccato ex se mortali. 2. Si quis integrè animaduertit se in re mala & noxia delectari. 3. Si tum ei non resistit, nec quando potest, à se reijcit, sed potius eam animo deliberato acceptat. His conditionibus si prædicta delectatio constet, est peccatum mortale, quamuis ei qui in hac cogitatione delectatur, non sit animus peccatum illud opere perpetrandi: si autem harum conditionum aliqua deest, est tantummodo peccatū veniale: de quo si quis pleniorē cupit habere notitiā, legat Nauarr. in Summa cap. 21. num. 9. & cap. 16. num. 2. & alios ab eo citatos.

Huius vitij non modo actus extrinseci lasciuī prohibentur, sed etiam eorundem desiderium. Imo deliberatus consensus oblectandi se, aspectu siue tactu, idque cum scandalo, periculo, aut malo animo, est peccatum

peccatum mortale. Præterea qui pergit ad locum aliquem, vt personas intueatur, aut literas eis siue munuscula porrigat, peruersa cum intentione concupiscendi eas, peccat mortaliter. 2. Qui data opera se conspiciendū præbet personæ, à qua carnaliter se diligi nouit, facitq; vt ab illa inordinatè desideretur, peccat mortaliter. 3. similiter peccat puella, quæ se ornat vt ab alijs conspiciatur, & ab ijs inhonestè ametur. 4. Qui loquendo, cantando, legendo, vel auscultando verba lasciuia, deliberato animo in illis delectatur, cum graui scandalo proximi, aut probabili periculo mortalis peccati, peccat mortaliter, quamuis peccatum illud opere perpetrare non cogitaret. 5. Qui nubus, verbis, aut cantiunculis, aliquem ad consentiendum actui inhonesto mortali, prouocare conatur, peccat mortaliter.

Filiæ Luxuriæ secundum S. Gregorium & S. Thomam in locis citatis, octo sunt. *Prima* est Cæcitas mentis, quia in delectatione carnalis etiam superior, pars animæ turbatur, & excæcatur. *Secunda* est Præcipitatio, quia eadem delectatio tollit consiliū. *Tertia* est, Inconsideratio, quia etiam iudicio hominem despoliat. *Quarta* est Inconstantia, quia delectatio sensualis priuat hominem fortitudine exequendi illud, quod ratio

ratio dicitur esse faciendum. *Quinta* est Amor sui ipsius, quia propter seipsum luxuriosus querit hanc delectationem. *Sexta* est. Odium contra DEVM, quia lasciuo displicet, quod DEVS carnis voluptates prohibeat. *Septima* est, Affectio inordinata ad presentem vitam in qua luxuriosus semper viuere cuperet, vt voluptatibus suis carnalibus indulgere posset. *Octaua* est, horror futurae vitae.

Circa has filias peccat mortaliter, qui propter sensuales voluptates deliberatē semper in mundo cupit viuere, ac propterea nihili pendit futuram vitam. 2. Qui propter mentis cœcitatē vel inconstantiā, vel amorem sui ipsius, ea facere negligit, ad quæ sub pœna peccati mortalis, obligatus est.

Meditatio contra Luxuriam.

1. **C**ONSIDERA iniuriam qua impudicē viuens afficit DEVM, quia actibus inhonestis, fugat illum ab anima sua, quæ est DEI templum, quam ipse ad bonum & salutem nostram semper incolere desiderat.

2. **C**ONSIDERA, quomodo Dæmō per

VITIIS CAPITAL. 99

per hoc vitium, hominem ita à se quasi alienatum retinet, vt non possit se ad bonam aliquam actionem conuertere: imò etiam in Ecclesia, atque diebus festis sæpè facit, vt DEVM grauius offendat.

3. EXPENDE tecum, quomodo vitium impuditiæ animam subuertit, facultates consumit, detrimentum adfert sanitati, vitam abbreviat, & sæpenumero tallium inimiciarum causa est, vt aliquando etiam integræ familiæ, ciuitates & regna illius causa euertantur.

4. REVOLVE tecum, Luxuriam mentem hominis ita excæcare, vt permoueat illum ad perpetrandas in præsentia Dei & Angeli custodis sui tales turpitudines, quas in serui sui conspectu patrare erubesceret.

DOCUMENTVM.

Fili, Diabolus est veteranus venator: viscus quo vititur, est voluptas carnalis, qua ita nouit inuoluere quæcunq; contigerit, vt eum ad volandū in sublime faciat prorsus inhabilem. Aliquos capit oculis, alios auribus, nonnullos tactu, non paucos cogitationibus. permiscendo hæc omnia visco suo: quare

*Quare qui illaqueari & capi non vult, lon-
gè ab hoc visco recedat.*

DISSVASIO LVXV-
riæ.

Recordare mi frater, **DE V M** vt luxu-
riæ vitium viscisceretur, eluione
generale, totum genus humanum, præter
solam Noë progeniem deleuisse. Ac dein-
de propter idem peccatum, sulphur & igne
de Cælo pluiffe, quibus vniuersam Sodo-
mitarum regionem incendio terribili ab-
sumpsit. Hinc duo potes conijcere: Primò,
quantoperè turpissimum hoc peccatum
DE V S detestetur, in quod tam seuera ani-
maduersione vindicauit. Alterum est, si in
hac vita in qua benignissimus **DE V S** mi-
sericordia sua in omnes vtitur, tam seuerè
in homines carnales animaduertit, quibus
eos in Inferno supplicijs excruciat, qui
proprius iustitiæ locus est? *Quamobrem*
mi frater, moneo, vt omnes carnis ac sen-
suum voluptates fugias, antequam illæ à te
fugiant, animamque tuam lethali toxico
infectam relinquunt. Hoc autem pro cer-
to & explorato habe, non esse tantam de-
lectationem præsentem, quanta est futura
amaritudo veneni huius, quam in morte
primum sentire incipiet anima tua: quan-
ta præ

ta præterea est poena, quam in inferno subibit, quæ tam acerba erit, vt sola illius præcogitatio, hominẽ tremore concutiat. Considera frater, magnam esse amentiam, propter breuem voluptatem in æternæ damnationis discrimen se conijcere.

Remedia contra Luxuriam.

1. est, Otium fugere.
2. Non conuersari cum hominibus vitio huic addictis.
3. Cauere à nimio vino & cibus calidis.
4. Castigare carnem, aspera aliqua poenitentia.
5. Fugere minimas etiam occasiones.

DOCTRINA DE

Ira.

IRa est appetitus vindictæ. Est autem duplex bona & mala. Ira bona est: quando vltio conueniens sumitur de improbis ad corrigenda vitia, & conseruandam iustitiam: hæc ira si ratione dirigatur, potest esse meritoria: imo non irasci, quando is, ad quem pertinet in homines sceleratos animaduertere, iustam habet causam, peccatum est, vti docet S. Thomas 2. 2. quæst. 158. ex S. Chrystoflo. homil. 11. in Matt. vbi

sic ait. *Iusta ira est mater discipline, ideoque non solum non peccant, qui cum causa irascuntur, sed etiam nisi irati fuerint peccant: quia patientia irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit, et non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum.*

Ira mala est, quando est immoderata: vel quando poena iustam excedit ratione: id est, si vel insontem punit, vel grauius quam peccatum meretur, in aliquem animaduertit, vel non ob debitum finem, vel non secundum rationis ordinem id agit. In his ira est peccatum, quia rationem praue nit & perturbat. Hinc S. Gregor. lib. 5. Mor. ca. 33. dicit, laborandum esse ne ira domineat rationi, nec eam praecedat, sed tanquam ancilla sequatur rationem: quae si ab ira adiuuetur, multo efficacior ad corrigenda vitia redditur, s. Greg. l. 31. Mor. c. 31. & S. Thom. loco citato, Ira inter vitia Capitalia numerant, quoniam ab ea alia multa vitia nascuntur: iratus enim ut irae suae finem, id est inordinatam vindictam consequatur, in alia peccata labitur.

Præcipuae irae filiae sunt sex. 1. est. Indignatio, quia iratus, reputans iniuriam sibi fieri, indignatur. 2. est. Tumor mentis: quia iratus dum diuersas vindictae vias exquirat, talibus cogitationibus, animum suum

suum replet. 3. est. Clamor, quando ira forinsecus per verba ostenditur. 4. est Blasphemia, quando iratus in verba contra DEVM iniuriosa prorumpit. 5. est Iniuria siue contumelia, quando maledicta siue verba contumeliosa in proximum iacit. 6. est Rixa, quando iratus factis de alio se vlcisci quærit. Alij adijciunt Maledictionem, Seditionem, & Bellum, sed hæ ad sex iamdixtas filias reduci possunt.

Circa Iram & filias eius varijs modis peccatur: 1. Deliberato animo vltionem notabilem meditari in aliquem, qui eam non mercatur, vel plusquam mereatur, vel sine auctoritate, vel non seruato iustitiæ ordine vel malo fine, est peccatum mortale. 2. Qui propter immoderatam indignationē id facere negligit, ad quod sub mortali peccato obligatur, peccat mortaliter. 3. Qui blasphemat vel iniuria afficit DEVM aut Sanctos eius, idque animo deliberato, intelligens ea quæ iniuriosis huiuscemodi verbis significantur, aut per hoc alios scandalizat, peccat mortaliter, quamuis ex ira subitanea id faceret. 4. Maledicere alicui rei, quatenus est creatura DEI, est peccatū mortale, perinde ac si quis malediceret DEO; ideoque Dæmoni quoad naturam suam, cuius respectu est creatura DEI, maledicere,

ledicere, est peccatum mortale: non autem quando maledicta in eum congeruntur, quoad culpam suam, & quatenus ad malum instigator est. 5. Animo deliberato sibi aut proximo malum aliquod imprecari, cum voluntate, ut hoc malum, ad purum sui aut proximi damnum eueniat, est peccatum mortale: quod tantò grauius est, quanto persona cui malum quis imprecatur, maiori in ueneratione atque exiftimatione habenda fuerat. Ut Pater, mater Superiores &c: Aliud est, quando malum aliquod temporale ad finem bonum spiritualem alius quis cupit: sic enim uerbi gratia, desiderare infirmitatem aut aliam tribulationem homini scelerato, ut conuertatur, uel ad alium bonum finem, non est peccatum. 6. Diabolo deuouere rem aliquam, uel eidem rei maledicere, non quidem quatenus est creatura DEI, sed quatenus ad proximum pertinet, idem est, ac si malediceretur proximo. Quamuis sentiendum sit, maledictiones illas si ore tantum, non ex corde proferantur, esse duntaxat peccatum ueniale. 7. Per rixam, seditionem, opprobrium, uel contumeliam, notabile damnum irrogare proximo, in uita, fama, honore, uel substantia; aut cum notabili aliorum scandalo, est peccatum mortale.

*Meditatio ad superandum Ira
vitium.*

1. **C**ONSIDERA Iram non modò nõ
facere vt ad diuinam opem implo-
randam extemplo confugas, sed etiam
DEI & propriæ conscientix memoriã
tollere.

2. **EXPENDE** tecum, detrimenta,
quibus ira animam afficit: quia priuando
illam iudicio, omnibus eam periculis &
sceleribus exponit: ideoque necesse est
illam veluti cæcam, sæpè labi & offende-
re.

3. **REVOLVE**, quanta incommoda
corpori adferat Ira: quia humores turbando,
complexionem vitiat; indeque fit, vt
iracundi ferè sint parum sani, & breui tem-
pore viuant.

4. **CONSIDERA** Iram quia hominẽ
interna & externa pace, quæ est omnium
bonorum quæ in hoc mundo desiderare
potest excellentissimum, spoliat, efficere,
vt iracundi vita sit infortunatissima, dum in
continuis inimicitijs & molestijs vitam
traducit.

5. **EXPENDE** tecum, iram hominis
mentem turbare atque de statu suo ita de-
ijcere, vt nec spirituales nec temporales
actiones

actiones rectè tractare possit: imo resolutiones siue decreta in Iræ turbatione facta, vt plurimum mala sunt.

DOCUMENTVM.

Quemadmodum latro impensè desiderat, in domo diuitis incendium excitari, vt ingredi & rapere possit: ita fili mi, Dæmon omnem conatum adhibet, vt in corde tuo ira ignis accendatur, vt animam tuam ingredi, eamq; bonis omnibus spoliare ac subuertere valeat.

DISSVASIO IRAE.

Dic mihi Charissime frater, nonne turpe atque ignominiosum est, quod homo tam excellentis naturæ, qui omnibus mundi creaturis antelatus, ac præpositus est, à vilissima ancilla se superari, & veluti mentis inops ad ea quæ homine haudquaquam digna sunt, se trahi patiatur? Vtique sanè. Sed quid aliud est Ira, quàm abiectissima ancilla tua, à qua cum vinceris, quid sunt actiones tuæ nisi stultitiæ? Quid sunt gestus tui cum ira ferues, nisi gestus rabidæ ac furiosæ bestiæ? Qualis est vultus tuus ira succensus, nisi vultus venenati serpentis?

pentis? Non hæc decent hominem mente ac ratione præditum, multò minus Christianum, qui Domini & Magistri sui exemplo, humilis & mansuetus esse deberet. Te igitur Charissime frater hortor ac moneo, vt Dominus ac moderator sis passionum tuarum specialiter iræ, quæ non commouetur, nisi quantum ratio vult & permittit: sic autem iram vincendo, in terra honorè, & in Cælo gloriam consequeris. Contra verò si ira te superauerit, è Cælo veluti indignus expelleris, & hominibus non aliter ac ferox & truculenta bestia inuisus eris: eademque erit tibi carnifex, & gladius, quemadmodum rectè notauit S. Iob quando ait: *Virum stultum in te scit iracundia.* Quã obrem mi frater, si veri Christiani vitam viuere cupis, oportet, iræ venenum à te eijcias.

Remedia contra Irã.

Matutino tempore secum statuere, omnia contraria quæ illo die sibi acciderint, æquo animo tolerare.

2. Irã in principijs extinguere, nec permittere vt incrementum sumat.

3. Quando aliquid voluntati tuæ contrarium audis, cogitare secum quomodo in eo se Christus gesserit.

4. Ad iram aliorum mitigandam proderit, vel modestè respondere, vel tacere, vel ab irato discedere.

DOCTRINA DE GV-
la.

GVla est vitium inclinans ad inordinatam cibi ac potus, propter solam voluptatem, sumptionem. Dicitur, *vitium*, quia Gula facit hominem transgredi ordinem rationis. Dicitur, *propter voluptatem*, siue delectationem: quia gula non tam est circa cibos, quam circa delectationem inordinatam in cibo ac potu.

Sic docet S. August. de vera relig. cap. 53. quem sequitur S. Thom. 2. 2. quaest. 148. S. Chrysostr. in homilia 13. supra Mat. dicit: vitium gulæ siue intemperantiam ventris, Adamum de Paradiso eiecisse, diluuium sub Noë commeruisse, & fulmina in Sodomitas deduxisse. S. Thomas id verum esse ait, quatenus Gula est occasio siue causa perpetrandi alia gravissima Luxuria peccata, & virtutes extinguendi. Idcirco S. Gregorius lib. 30. Moral. cap. 26. scribit: quando vitium gulæ homini dominatur, tum illum omnia quæ fortiter gessit perdere, & dum ventris intemperantiam non restringit, omnium virtutum iacturam facere.

Quinque

Quinque modis solet nos gula tentare secundum S. Greg. lib. 30. Moral. cap. 27. quem sequitur S. Thomas art. 4. ubi hos modos, gulæ species appellat, & continentur hoc versu.

Præpopere, lausè, nimis, ardentè studiosè.

Primo tētat nos, vt consuetudine violata, comedendi tempus sine necessitate præueniamus. 2. Facit vt cibos exquisitos ac lautiores desideremus. 3. Facit vt quæ sumenda sunt, preparari accuratius appetamus. 4. Facit vt in ipsa quantitate sumendi mensuram refectiōnis excedamus. 5. Tentat nos in modo manducandi, facitque vt nimis auidè cibum sumamus, nosque ingurgitemus.

Quandoquidem à Gula multa alia vitia oriuntur, & gulosi propter consequendam delectationem, quæ est in cibo & potu, multis modis peccant, idcirco S. Gregorius lib. 31. Moral. c. 31. & S. Thomas loco citato numerant eam inter septem vitia Capitalia.

Filiæ Gulæ secundum hos S. Doctores in locis citatis quinq; sunt. *Prima* est hebetudo sensus circa intelligentiam: acies enim ingenij plurimum hebetatur ex immoderatione cibi & potus, propter fumositates ciborum, perturbantes caput & hominam

ad speculationem reddit inhabilem. *Secunda* est: Inepta lætitia, quia ratione propter fumositates capitis impedita, passiones inordinatæ in lætitia rationis limites facile excedunt. *Tertia* est. Multiloquium, quod ut plurimum à ventre pleno nascitur. Hinc S. Greg in Pastoralis 3. part. cap. 20. ait: *Nisi gula deditos immoderata loquacitas raperet, dicitur ille qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua grauius non arderet.* *Quarta* est Scurrilitas siue iocularitas quadam visum mouens, & proueniens ex defectu rationis, per nimicitatem cibi & potus obfuscatæ, quæ sicut non potest cohibere verba, ita non potest cohibere exteriores gestus. *Quinta* est Immunditia siue inhonestas: quia nihil est, quod tantoperè luxuriam nutriat, quàm Gula: hinc Ezechiel. cap. 16. saturitatem, ruinæ Sodomorum causam extitisse ait.

Circa Gulam multis modis peccatur. Primo Illi quorum *Deus venter est*, uti S. Paulus ad Philipp. Cap. 3. ait: qui videlicet vltimum finem suum in cibo & potu constituunt, vel à delectatione gulæ illecti mandata Dei & Ecclesiæ negligunt, peccant mortaliter. 2. Qui scienter ac data opera se aut alium inebriat, peccat mortaliter. 3. Qui existens in loco aliquo, vbi prohibitus foret esus carniū, & eas manducaret, peccat mortaliter,

mortaliter, etiamsi in itinere constitutus esset, & in patria eo tempore carnibus vesci liceret. Alia peccata gulæ vt plurimum peccata sunt venialia, vt sunt; præuenire horam comedendi sine causa, cibos nimis delicatos & summa cum diligentia præparatos appetere, plus quam necessarium est, aut quando necessitas non exigit, aut cum nocumento sanitatis comedere.

Similiter filiæ Gulæ communiter sunt peccata venialia, vt sunt: Inepta læticia, Multiloquium, Scurrilitas, &c. Quamuis fieri posset propter alios respectus, tum actuum Gulæ, tum filiarum eius, vt essent peccata mortalia, vt exempli causa: Si in ipsis respiciatur ad finem ex se mortalem. Si adesset graue scandalum, vel damnum proximi, vel notabilis irreuerentia DEI; aut notabile damnum sanitati ante præuisum inde oriretur: vel nimis magnæ in cibos expensæ fierent, propter quas familia aut alij postea notabile nocumentum sustinerent, esset peccatum mortale; quæ est communis omnium Theologorum sententia.

MEDL-

*Meditatio ad superandum Gula
vitium*

1. **C**ONSIDERA, Iniuriam quam gula facit DEO, qui hominibus de rebus ad victum necessarijs idcirco prouidet, vt se ament sibi que seruiant, sed illa malè his rebus vtendo, homines ab amore DEI retrahit, efficit que teste Apostolo vt *venere Deus illorum sit.*

2. **E**XPENDE tecum, vitium hoc non modò tollere bona desideria, sed reddendo corpus ad seruitium animæ inhabile, facere, vt actiones gulosi potius sint bestię irrationalis, quàm hominis ratione vtentis.

3. **R**EVOLVE quantum damnum gula corpori adferat, propter multas infirmitates quas secum adducit; quin & crapula causa est, quod multi subitanea morte morantur.

4. **C**ONSIDERA, eum qui cibo ac potui nimium addictus est, præterquam, quod DEO displicet, à prudentibus etiam in parua existimatione haberi, ab alijs vero irrideri.

5. **P**ERPENDE nihil carnem hostem nostrum ita insolentem reddere sicut Gulam, quæ dæmonis instrumentum est, ad
homines

homines in grauiſſima peccata inducen-
dos.

DOCUMENTVM.

Fili, Gula eſt oſtium domus anima: do-
mina illius eſt voluntas: dominus iudi-
cium: inimici eius ſunt immoderatus cibus
& potus: Si ergo rationem conſtituis domus
huius oſtariam, omnia recte ſuccedent:
ſed ſi oſtariam conſtitueris ſenſualitatem,
que Diaboli amica eſt, tot illa hoſtes in-
troducet, vt dominus domus ab eis vincia-
tur, domina vero tanquam a ſe alienata,
tranſuerſim abripiatur, & diabolus ex-
ultet.

DISSVASIO GVLAE.

Chariffimè frater, quamuis crapula non
eſſet vetita, nec per eam communis
Dominus offenderetur, tantoperè tamen
hominem offendit, vt hoc ſolum homini-
bus ſufficiens eſſe deberet, ad eam a ſe ex-
terminandam, atque ad animalia relegan-
dam, vt in animantibus duntaxat quæ ad
macellum enutriuntur, non in hominibus
ad videndum & fruendum Deo in coele-
ſti gloria conditis, reperiretur. Recordare

mi frater, hominem manducare & bibere debere vt uiuat, non autem viuere vt manducet & bibat. Adhæc certò tibi persuadeas, oris frenum tenere, multum ad virtutù acquisitionem prodesse, & eū qui liberas ei habenas relinquit, præterquam quod ventris sui seruum se constituit, ad certum præcipitium ambulare. Quod autem animal ita molestum est, quemadmodum gulosi venter? Cætera enim animalia quâuis fastidium aliquod adferât, propter cibum, attamen satura non amplius sunt fastidiosa: at gulosi venter, antequam comedat, importunus est & fastidiosus; plenus verò & satur, grauis est ac molestus, ideoque gulæ obedire non minus molestum est, quàm homine indignum. Quamobrem mi frater, exhortor te, vt gulam edomes, hoc enim est esse hominem: id vero ad Dei gloriam facere, est esse bonum Christianum.

Remedia contra Gulam.

1. Nonnunquam cibo aliquo, ex quo maiorem voluptatem quis percipit se priuare.

2. Ciborum varietatem, qui gulam incitare solent, tollere.

3. Mentem inter manducandum sancta aliqua cogitatione occupare.

4. Non

4. Non facile credere gulæ, quæ sub specie sanitatis multa sensualitati suæ procurat.

DOCTRINA DE INVIDIA.

Invidia secundum *Damasc. lib. 2. de fide ca.* 4 est tristitia de alienis bonis. Quod *S. Thomas, 2. 2. quæst. 36. art. 1. declarans*, dicit: obiectum tristitiæ esse malum proprium: Sed quia invidus bonum alterius tanquam malum proprium apprehendit, quatenus nimirum suam gloriam, excellentiam vel utilitatem imminuit, idcirco invidia dicitur tristitia de alieno bono. Est etiam actus invidiæ, gaudere de malo proximi, quatenus ex eo crescit utilitas vel gloria propria.

*Arist. cap. 19. lib. 2. de Arte Rhetor. duo potissimum genera hominum invidiæ vitio subiecta esse docet. 1. Qui honorati & celebres esse cupiunt, quia cū magnæ famę sint cupidissimi, pati non possunt se ab alijs superari, ideoque de laude & gloria aliorum, quibus illorum laus & gloria opprimitur, contristantur. 2. Pusillanimes, qui aliorum res magni æstimantes, semper ab alijs se vinci cogitant, ideoque de bonis illorum contristantur. Vnde *Iob cap. 5. Parvulum, inquit, occidit invidia: inde etiam fit, quod invidia**

inuidia non regnet in illis, inter quos magna est inæqualitas, vt inter subditum & regem; sed in illis, qui parum inter sese differunt, qui se inuicem superare potest.

Inuidia ex sua natura est graue peccatum, quia est contra charitatem, quæ postulat vt de bono proximi gaudeamus & malo doleamus. Quamuis inficiari nequeam, si quis de alterius prosperitate doleret, quatenus inde sibi vel alijs damnum aliquod metueret, id sine peccato fieri posse: Vnde S. Greg. lib. 22. Moral. cap. 11. Sæpè, ait, accidere vt sine charitatis iactura inimici ruina nos lætificet, & prosperitas illius sine inuidiæ culpa nos contristet: cum hæc propriè non sit inuidiæ sed timoris effectus.

Aliquando vsu venit, vt quis contristetur, non quod alij bona quædam obtinuerint, sed quod ea etiam se habere cuperet; & hoc propriè zelus est; qui si est de rebus spiritualibus, laudem meretur, iuxta illud S. Pauli ad Cor. 1. cap. 4. *Emulamini spiritualia*: si de rebus temporalibus, potest esse cum & sine peccato, secundum finem propter quem homo permouetur.

Accidit etiam sæpenumero, quod quis doleat de bono temporali alterius, quia malus est, quod reprehensione non caret; quia quod Deus facit, in bonam partem
sumi

VITIIS CAPITAL.

179

sumi debet. Pessima omnium inuidia hæc est, quando quis contristatur de gratia diuina proximi, quæ numeratur inter peccata contra Spiritum sanctum. Quia qui de tali gratia contristatur, quodammodo inuidet Spiritui sancto, qui glorificandus est in operibus suis. Secundum S. Gregorium & D. Thomam, Inuidia est vitium capitale, quia est mater quinque filiarum: quarum *prima* est, Odium: quia quemadmodum delectatio amoris, ita tristitia odij causa est, ideoque inuidus bonum illud cui inuidet, etiam odit: quia de illo tristatur. *Secunda* est Sufurratio, quando inuidus alterius gloriã in occulto imminuit. *Tertia* est. Detractio, quando gloriæ illius etiam palam detrahit. *Quarta* est. Exultatio in malis proximi, quando nimirum inuidus alterius laudem & gloriã se imminuisse putans, in eo sibi complacet. *Quinta* est. Afflictio in prosperis, quando gloriã alterius se imminuere non potuisse cogitans, inde contristatur & affigitur.

Vt intelligatur quando inuidia sit peccatum mortale, quando veniale, notandum est, duobus modis quempiam contristari posse de bonis alienis. Primus est per viam naturæ, quando quis non aduertit, nec deliberatè consentit illi tristitiæ, vt exempli causa:

causa. Si quis hominem aliquem quod doctus, quod diues, quod multis donis &c. ornatus sit, laudari audiat, & sine alia cogitatione, sentiat simul in animo suo aliquam displicentiam, dico actum hunc non esse peccatum mortale nec veniale, quia non procedit ex deliberata voluntate: sed potius esse naturæ nostræ ad malum inclinatæ effectum: hos actus Theologi vocant primos motus, quos si quis statim vt illos aduerterit à se reijcit, actum producit virtutis. Alter modus est, quando quis plenè sibi præsens, deliberatè contristatur, quod alius laudibus vel præmijs ornatur. Hæc tristitia si fuerit notabilis, est peccatum mortale; si exigua, peccatum veniale.

Quinque inuidiæ filiæ, vt plurimum sunt peccata venialia, aliquando mortalia: Si videlicet ingēs esset odium. Si susurratio aut detractio esset de re graui, quæ cederet in notabile damnum proximi, vel iniuriam Dei. Si quis contristatus de bonis aliorum, in Deum boni illius datorem inuheretur.

*Meditatio ad superandum Inuidia
virium*

1. **C**ONSIDERA, Inuidiam occultādo vel imminuendo bonum proximi, spoliare DEVM gloria & laude sua, quæ ipsi, tanquam illius boni datori, debentur.

2. **R**EVOLE tecum, Inuidiam instar febris ethicæ, affligere atque consumere Inuidum, tam in anima quam in corpore. Hinc est quod S. Chrysostomus, vocat illam ignem inextinguibilem, & Salomō ossium putredinem.

3. **C**ONSIDERA Inuidum, dum tristitiam sentit ex bonis proximi, facile ab amore illius alienari: qui autem nō diligit proximum, teste S. Ioanne Apostolo, *manet in morte.*

4. **E**XPENDE tecū, Inuidiā priuare hominem interna pace, quia, præterquā quod in continuis est afflictionibus, dum quomodo nocere, aut præire proximum possit, cogitat, in magna etiam inquietudine versatur.

5. **C**ONSIDERA Inuidiam inuidiosum esse hostem, carnificem, & tormentum acerbissimum quod, die nocteque indefinenter cruciatur.

DOCV

DOCUMENTVM.

Flli, Inuidia patrem habet amorem proprium: mater illius est superbia, magistro vtitur diabolo, studium illius vnicum est nocere atque obscurare bonum proximi nomen: quando id assequi non valet, cor odit eum cui inest, non aliter ac vermis lignum, & ærugo ferrum. Quid ergo boni possidere potes, si in anima tua belluam adeo pestiferam geris?

DISSVASIO INVIDIÆ.

Frater, si alia peccata, quàmuis aliquam secum adferant delectationem, aut temporale commodum, nihilominus morte ipsa studiosius vitari debent, ne Deus Pater noster amantiſſimus offendatur: Quàto magis inuidia, quæ infernale peccatum est, deuitari debet: Quæ non secus atque alter infernus, sine consolatione contristat, & sine commiseratione cruciat: Quam obrem moneo te charissime frater, vt quam longissimè ab hac vipera tam immani & exitiali recedas, alioqui te admordebit, & morsu venenato ita inficiet, vt maximum
in

in corpore & anima detrimentum accep-
turus sis.

Recordare mortem propter inuidiam
Diaboli, ingressam fuisse in orbem terrarū.
Memento inuidiam Cainum impulisse, vt
fratrem suum Abelem sanctitatis & iusti-
tiæ laude insignem, interficeret. Iosephum
etiam à fratribus suis per inuidiam vendi-
tum, & Christum eadem inuidia stimulan-
te, à ludæis iniuste accusatum fuisse. Quan-
doquidem ergo inuidia, excæcando homi-
nem, inducit eum in tam horrenda peccata
& periculosa præcipitia, æquum est, vt eam
veluti præsentissimum toxicum ijs omni-
bus, quibus proximi charitas demandata
est, excreteris.

Remedia contra Inuidiam.

1. **N**on affici ad præsentis vitæ bona,
sic enim quando ea in alijs con-
spexeris, tristitia te non afficient.

2. Quando audis bonum aliquod de
proximo referri, erige mentem ad **D E V M**
huius boni auctorem, & illi gratias age.

3. Non magni æstimare temporalia
hæc, sed ijs tanquam medijs, à **D E O** ad
æternā fœlicitatem consequendam nobis
collatis, vti.

DOCTRINA DE ACE-
dia.

ACedia secundum *Damascenum* *lib. 2. de fide, cap. 14.* est tristitia premens, siue aggrauans animam, ne boni aliquid operari possit. *Glossa Ordinar. psalm. 106.* dicit: Acediam esse tedium quoddam siue fastidium in bonis actionibus. Alij aiunt, esse quendam mentis torporem, qui hominem ad bona opera ordianda reddit negligentem. Alij hoc modo illam definiunt. Acedia est vitium inclinans hominem ad tristandum de bono spiritali diuino proximi. Dicitur vitium duabus de causis: tum quia quemadmodum delectatio in re mala est vitium: ita tristitia de re bona itidem est vitium & peccatum: tum quia mala esse potest, propter effectum aliquem malum: potest enim accidere, vt tristitia hominem tam vehementer opprimat, vt per eam à bonis operibus impediatur, ac propter hunc effectum, acedia sit mala. Exempli causa, si quis contristetur, quod *DEVM* offenderit, actum ex se bonum & sanctum facit: at si tristitia hæc crescat & premat illum, vt à bonis actionibus præpediatur, malum hoc est. Vnde *Apostolus*
2. *Cor.*

2. Cor. 2. non vult, pœnitentem absorberi à tristitia, multò minus acediosa tristitia, quæ hominem à bonis operibus maximè retardat.

S. Thomas, 2. 2. quæst. 35. artic. 3. ait: Acediam quandoque esse in sola sensualitate, quæ propter repugnantiam carnis ad spiritum, de rebus spiritualibus tristatur, & tunc est peccatum veniale.

Quandoque verò contingere vsque ad rationem, & facere vt ratio consentiat, in fugam, & horrorem, & detestationem boni diuini, carne contra spiritum prævalente, & tum est peccatum mortale. Sicque intelligendum est illud B. Pauli Apost. 2. Cor. 7. quando ait: Tristitia sæculi mortem operatur.

S. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 31. numerat Acediam inter vitia capitalia. Rationem adfert S. Thom. artic. 4. quia nimirum ab ea alia quamplura vitia oriuntur: multi enim vt hanc tristitiam euitent, varia peccata committunt: alij eiusdem tristitiæ pondere in alia peccata inducuntur, vt, ad nimias lamentationes, quærationes, ac aduersus D E V M murmuraciones &c. ideoque rectè censetur esse vitium Capitale.

Circa Acediam his modis peccatur.
1. Qui

1. Qui propter tristitiam siue tædium, diebus festis Missæ interesse, aut officium ad quod ex voto, aut alia obligatione tenetur recitare, aut alia præcepta ad quæ sub pena peccati mortalis obligatus est, seruare negligit, peccat mortaliter. 2. Qui propter Acediam, aut aliam negligentiam, non discit ea, quæ iuxta statum suum, sub mortali peccato scire obligatus est, peccat mortaliter.

Quod intelligendum est tam de rebus fidei, quàm de illis quæ ad proprium cuiusque officium pertinent: ut ad Medicum, Confessarium, Magistrum, Aduocatum, Procuratorem, & similes, in quibus est periculum magni erroris vel detrimenti, aut graue scandalum proximi.

Filiæ Acediæ secundum S. Gregor. lococitato, & alios, sunt sex. *Prima* est. Desperatio, quando quis propter tristitiam vel tædium non appetit, sed fugit finem suum, id est æternam beatitudinem. *Secunda* est. Pusillanimitas, quando quis bona spiritualia tanquam media nimis ardua & difficilia ad consequendam beatitudinem relinquit. *Tertia* est. Torpor, quando spiritualia, quæ nos contristant, deserimus, quamuis à nobis non difficilia, sed mediocria æstimentur. *Quarta* est. Rancor: ubi notandum est, aliquos

aliquos non modo illa fugere quæ tristiti-
am & tædium ipsis adferunt, sed etiam illa
impugnare, indignando contra illos qui
spiritualia sectantur, & à quibus ad similia
agenda monentur, & hic est rancor. *Quin-*
ta est. Malitia, quando actiones spirituales
oppugnantur, reprehendendo illas & de-
testando. *Sexta* est. Euagatio circa res illicitas,
quando nimirum propter tristitiam
& tædium, ab operibus spiritualibus ad res
externas quæ delectant, transimus.

Filiæ Acediæ vt plurimum sunt peccata
venialia, excepta desperatione, quæ, quan-
do est de salute nostra, quæ maximi mo-
mēti res est, ferè mortale peccatū est. Qua-
re qui deliberatè desperat se posse eternā
scelicitatem per Deum gratiam acquirere,
peccat mortaliter. Malitia etiam & rancor,
quia directè aduersantur rebus spirituali-
bus ad salutem animæ plurimum condu-
centibus, sunt grauiora peccata. In cæteris
tribus filiabus mortaliter peccatur, quādo
per ea præceptum aliquod ad mortale pec-
catum obligans violatur, aut graue scanda-
lum proximo datur.

Meditatio ad superandum Acedia vitium.

1. **C**ONSIDERA Acediosum, magnā DEO iniuriam irrogare, quia propter tediū spiritualia omnia, quę media ad æternā beatitudinem acquirendam aptissima, & à DEO magno cū amore ac liberalitate nobis donata sunt, parvipendit.
2. **R**EVOOLVE tecum, quanto dampno Acedia animam afficiat: quia spoliat eam multis gratijs & donis cœlestibus, quorum propter fastidium iacturam patitur.
3. **C**ONSIDERA indignum esse, quod homo pro terrenis diuitijs & honoribus consequendo, nullis parcat laboribus & periculis: pro animæ verò bonis adipiscendis, tam frigidus & tepidus existat.
4. **E**XPENDE tecum, ingentem afflictionem quam sentiet acediosus, quando finita hac peregrinatione, à bonis temporalibus, pro quibus tantoperè defudauit, se deserit & spiritualibus fructibus, ac bonis operibus, quę propter acediam neglexit, se vacuum esse conspexerit.
5. **C**ONSIDERA, Acediosum in die iudicij intolerabilem subiturum esse, cōfessionē, quando videbit Dei filiū, tot labores & tormēta pro se saluādo pertulisse: te verò propter

propter acediam exiguum etiam laborem,
pro tantis bonis adipiscendis derogare.

DOCUMENTVM.

Cito fili mi, Diabolum sapiens Acedia
suos tentare, vt per eam nos ad despe-
rationem in quam multis modis nos pra-
cipitare nititur, inducat: quare qui Ace-
dia, quae desperationis mater est, consen-
dit, verendum ei est, ne in mortis articulo,
transmissa eius efficiatur.

DISSVASIO ACEDIAE.

Fater, Diabolus nunquam dicit, te a-
cediosum esse circa finem tuum; id est,
te contrariari, propterea quod creatus sis,
vt esses eius regni caelorum; hoc enim ef-
fet manifeste, veluti stultum te tractare.
Nec vnquam dicit tibi, te esse acediosum
circa media, id est, te contrariari de virtuti-
bus & operibus spiritualibus, quae sunt me-
dia ad consequendam felicitatem: hoc e-
nim esset, tractare te velut simplicem pu-
erum. Sed sollicitabit te nonnunquam, vt
affectionem tuam in rebus terrenis, & sen-
suum voluptatibus constituas, vt sic per
ff 2 hanc

hanc semitam pergens, tantum recedas à fine tuo, propter quem DEVS te creauit, id est, à vita æterna: & à medijs quæ sunt virtutes: vt in altera vita cum irreparabili detrimento tuo, id animaduersurus, & deploraturus sis. Quamobrem hortor ac moneo te charissime frater, vt totum amorem tuum in creatore tuo, & cœlesti patria colloques, quod erit tibi efficax medium ad perambulandam gaudenti ac læto animo bonorum operum semitam, quæ ad cœlestem Hierosolymam patriam tuam ducit, vbi DEVS te præstolatur, vt te coronet, ac perpetuo secum gaudere faciat.

Remedia contra Acediam.

1. **L**audare atque pluris facere bona spiritualia, quam temporalia; nec permittere, vt aliquis malè de illis loquatur.
2. Quotidie spirituali aliquo exercitio incumbere.
3. Quando in exercitijs & bonis operibus sentis fastidium, cogitare, Diabolum esse, qui te à pijs & sanctis hisce actionibus abstrahere nititur, quem perseuerando superabis.

SECUNDA PARS.

*De Virtutibus vitijs hisce Capitalibus
oppositis.*

SECUNDA hæc pars repræsentat fœ-
licem exitum hominis virtutibus ex-
culti. Obijcit etiam oculis virtutum effe-
ctus: nimirum quomodo hominis virtuti-
bus exornati animam ex hac vita egrediē-
tem comitentur, illamque in manus An-
gelorum consignent: qui eam ad Cœlum,
vt fructibus bonorum operum suorum
gaudeat, perducant, Quæ omnia ex S. Chry-
sosto. hom. 8. & 23. in Genesim. decerp-
imus, vbi inter multa virtutis præconia, di-
cit, virtutes hominem roborare, & virtutū
studijs deditos, in misera & instabili hac
vita à periculis & lapsibus conseruare, at-
que in egressu ex hac vita ad aliam, fidele
ipsis sodalitiū præstare, & Iudicem pla-
cando non modo ab omnibus eos tormē-
tis eripere, sed etiam ad æterna & ineffabi-
lia bona illos perducere. His similia scribit
S. Iustinus philosophus & Martyr, quæst.
124. Vbi dicit virtutum exercitijs addictos,
sicut non sunt de hoc mundo, ita nec illo-
rum gloriam & præmium in terrenis hu-
ius vitæ rebus positum esse, quia nihil est in
ff 3 mundo

mundo, quod sit digna virtutis merces.

DOCTRINA DE HVMI-

litate, Quae superbia con-
traria est.

Humilitas secundum D. Thom. 2. 2.
quaest. 161. est virtus qua animus fir-
matur, ne inordinate in excelsa tendat, in-
clinaturque vt de se humiliter sentiat. Hic
autem sensus si solum in extrinsecis acti-
bus fuerit, humilitas erit falsa: si vero in af-
fectu interno vt ex animo ita sentiat, erit
vera humilitas.

Humilitatis sedes supra veram nostrae
vilitatis notitiam fundatur, & quinque
habet gradus. Primus est, paruifacere seip-
sum & ex animo contemnere. Secundus
est, demonstrare exterius internum hunc
contemptum, in gestibus, in vestitu, in ex-
cretijs humilibus, & abiectis. Tertius est,
patienter tolerare quando ab alijs contem-
nimur. Quartus est, gaudere & gratias age-
re Deo, quod ab alijs contemptui habeamur,
quamuis pars inferior inde sentiat
molestiam. Quintus, non modo laudes
humanas fugere, sed etiam desiderare ab
omnibus contemni, non ex nuda caeremo-
nia, sed ex animo, ita vt omnes pro certo
habere

habere cupiamus nos dignos esse, qui ab omnibus spernamur.

Effectus & signa veræ humilitatis sunt 12 quæ S. Benedictus in Reg. cap. 7. recenset, & à S. Thoma art. 6. declarantur. Primū signum est. Corde & opere semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus. 2. Pauca & rationabilia verba loqui, non clamosa voce. 3. Non esse facilem ac promptum ad risum. 4. Tacere vsque ad interrogationem. 5. Tenere quod habet communis monasterij regula. 6. Credere & pronunciare se omnibus viliozem. 7. Ad omnia indignum & inutilem se confiteri, & credere. 8. Peccata siue defectus suos nō negare, sed voluntariē fateri. 9. Fortem & patientem esse in omnibus quæ imperata fuerint exequendis, etiamsi aspera & dura sint. 10. Voluntatem suam ad suorum Maiorum & Superiorum arbitrium accommodare. 11. Non sequi propriam voluntatē. 12. De v. m. timere, & omnium quæ precepit memorem esse, S. Thomas timorē dicit esse radicem humilitatis. Cassianus lib. 4. c. 29. duo alia signa adiungit. 1. Nihil celare superiorem suum. 2. Non contristari, aut indignari de iniurijs sibi factis.

Circa 6. signum, id est, quod verus humilis omnibus se inferiore existimare debeat,

debeat, iuxta illud Apostoli Phil. 2. *In humilitate superiores sibi inuicem arbitantes:* Notat S. Thomas art. 3. Ut tale iudicium siue estimationem de semetipso humilis verè habere possit, debere illum suas imperfectiones cum aliorum perfectionibus conferre: sic enim illis inferiorem se reperiet: vel cogitare, in alijs multas esse virtutes & perfectiones occultas, propter quas illis longè inferior sit, Prælatus etiam si humilis est, se subditis suis inferiorem reputare debet, idque in affectu interno animæ suæ, non in actibus exterioribus, ne subditis suis superbiendi præbeat occasionem, vti rectè aduertit August. in Reg. 3. Tom. 1. *Ne dum nimium seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas.*

Glosa ordinaria in Matt. cap. 3. tres gradus ponit perfectæ humilitatis. 1. est, subijcere se maiori, & non præferre se æquali. 2. subijcere se æquali, & non præferre se minori. 3. Submittere se etiam minori. Primus est sufficiens. 2. Superabundans. 3. perfectissimus, qui omnem implet iustitiam, quo & Christus præditus fuit, quando à S. Ioanne Baptista, baptizari voluit.

S. Anselmus lib. de Similitud. cap. 10. ponit septem humilitatis gradus, quos S. Thom. art. 16. ad duodecim illa S. Benedicti signa

signa supraposita, reducit: sunt autem hi. 1. contemptibilem se esse cognoscere. 2. de his quæ se contemptibilem faciunt, vti sunt proprii defectus, dolere. 3. Coram alijs se contemptibilem confiteri. 4. Pro tali ab alijs haberi velle. 5. Patienter ferre, cum ab alijs id obijcitur. 6. Gaudere quando ab alijs contemptibiliter tractamur. 7. Desiderare & amare hæc omnia. S. Gregor. in Regist. lib. 2. ca. 24. ait: Non grande est vobis nos esse humiles a quibus honoramur, quia & hoc seculares quibuslibet faciunt: sed illi maxime humiles esse debemus, a quibus aliquid patimur.

iv. *Meditatio de Humilitate.*

CONSIDERA humilitatis virtutē. Cadeo gratam & amicam esse Deo, ut spiritus illius requiescat supra humilē; cui dum Deus gratiam suam largitur, quantum sibi in eo propter humilitatem placeat, ostendit.

EXPENDERE tecum, humilitatem adferre animæ talem pacem, ut etiam in ærumnoso hoc exilio faciat eam aliquatenus gustare iucunditatem & quietem illam, qua Sancti fruuntur in Cælis.

REVOLVERE tecum, humilem, quia
ff s omnibus

omnibus gratus & acceptus est, magnū in proximis cum quibus conuersatur fructū facere: humilitas enim est continua quaedam & efficax ad virtutum studium adhortatio.

4. **CONSIDERA** nullam esse virtutem quæ tantoperè confundat Diabolum, eumque longissimè à nobis repellit, quam humilitatem: quæ omnes illius laqueos euertendo, atque fallaces astus detegendo, facit ut frustra laboret.

5. **PÆRPENDERE** tecum humilitatem, quia superbiam omnium vitiorum radicem & **DEO** inimicissimam ab anima expellit, aptam illam reddere, ad acquirendas virtutes, & optima queque dona à Deo percipienda.

DOCVMENTVM.

Flli, quia humilitas est omnium virtutum fundamentum, sequitur necessarium, sine illa nullum ceterarum virtutum edificium, in sublime surgere, ac firmum consistere posse. Imo ut s. ait Gregorius, qui virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat: Et s. August. Cogitas, inquit, magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius

primus cogita humilitatis.

EXORTATIO AD HVMI-
LITATEM.

Certò corde, charissime frater, te nihil boni sine humilitate agere posse: laborabis quidem in via, sed nunquam peruenies ad patriam, quia de illa scriptum est, quod nemo regnum Coelorum ingressurus sit, nisi fuerit paruulus. Contra vero cum humilitate omnia tibi recte atque ex animi sententia succedent: quia tecum habes humilitatem, diligeris a Deo & ab hominibus: demonibus autem eris formidabilis, & post hanc vitam in Coelis exaltaberis. Recordare mi frater, professionem tuam esse, quod sis Christianus, hoc est, Christi discipulus: Si ergo Magister humilis extitit, humilitatemque in omni vita sua & verbo & opere docuit, deceat etiam ut discipuli, magistri sui vestigijs inhareant, humilitatemque sectentur & ament. Memèto vitam humilis esse quietissimam, quia nec aduersitatibus perturbatur, nec prosperitatibus attollitur, sed omnia de manu Domini accipit, ideoque humilis etiam in morte lætatur; quia enim totum se creatoris sui manibus tradidit ac permisit, omnia

ff 6 quas-

quæcunque ille vult aut iubet fieri, gratia
habet.

*Media ad acquirendam Humili-
tatem.*

1. **L**ibenter in humilibus operibus exerceri.
2. Præ oculis semper habere Christi, B. Virginis, & aliorum sanctorum humilitatem.
3. Non magnificare mundi honores & excellentias.

**DOCTRINA DE MAGNA-
nimitate quæ Vanæ gloriæ
contraria est.**

Magnanimitas, quondam animi celsitudinem denotat. Magnanimus dicitur is, qui ad magna & ardua animum habet. Et quia in bonis exterioribus presentis vitæ, nihil honore maius est, nam homines propter honorem consequendū & vituperium vitandum, alia omnia postponunt, inde fit, vt Magnanimitas proprie versetur circa honores, quatenus magni vel ardui rationem habent: Non quod Magnanimitas hominem inclinet ad mundi honores sectandos, aut aliquid minus
rcctè

rectè agendum pro honoribus adipiscendis, cum enim sit vanæ gloriæ contraria, hominem ad huiuscemodi actus reprehensione dignos inclinare nequit, sed ideo circa honores versari dicitur, quod excitet hominem, ad ea facienda, quæ honore digna sunt.

S. Thomas 2. 2. quæst. 129. art. 3. ad 4. dicit aliquem posse simul humilem & magnanimum esse: quia in homine inuenitur aliquid magnum quod ex dono DEI possidet, quod considerans, Magnanimitas facit, vt ad illud dignum se constituat, & ad perfecta virtutis opera tendat. Inuenitur etiam aliquis defectus, qui conuenit ei ex infirmitate naturæ, quem considerans, facit humilitas vt seipsum secundum considerationem proprii defectus paruipendat, & de se modestè sentiat. Sicque fit vt secundum diuersas considerationes, diuersæ fiant virtutes.

Proprietates & signa Magnanimi sunt hæc: 1. Magnanimus non accipit ab vlllo beneficium, quod non multò maioribus officijs recompenset. 2. Hominibus abiectis non ostendit totam virtutem & magnificentiam suam: personis autem idoneis demonstrat. 3. Magnoperè detestatur, simulationem & assentationem. Vnde Cicero

1. lib. offic. Magnanimos viros inquit esse
 veritatis amicos, minimeque fallaces. 4.
 Pluris facit res honestas quam utiles, eod
 quod utiles ad defectuum, qui Magnanimi
 mitate repugnant, subventionem expetant
 tur. 5. Hominum minas non fugit. Vnde
 Seneca lib. de 4. virtutibus. Magnanimum
 dicit, nec pericula appetere ut temerarium,
 nec formidare ut timidum. 6. In aduersita
 tibus non queritur, nec plorat, hoc enim cu
 angusti animi iudicium sit, in Magnanimi
 mitatem cadere non potest.

Vitia Magnanimitati contraria sunt hæc
 1. Vana gloria. Vbi notandum est, quia Magn
 nimitas circa honores, ex quibus gloria
 cōsequitur, versatur, necessario etiam Magn
 nimitatem circa gloriam versari. Sed
 inter hanc gloriam, & vanam gloriam hæc
 est differentia. Vana enim gloria dum in
 ordinatè quærit gloriam, pertrahit homin
 nem ad innumera vitia, quo ad eam per
 venire valeat. Sed Magnanimitas ad eam
 per opera rationabilia & honore dignatõ
 dit. Vanè gloriosus quia magni æstimat
 laudari ab hominibus, perinde habet, siue
 laudetur in rebus falsis, siue in terrenis &
 vanis. Sed Magnanimus Aristotele, lib. 4.
 Ethicorum, cap. 3. teste, rerum veritatem
 diligit, diuitias, honores & alia terrena bo-

na magni non æstimat, nec ab hominibus laudari curat: vitium est. Pusillanimitas, hæc enim animi angustia hominem à rebus magnis, & operibus admirandis retrahit. Contra vero magnanimitas dilatat cor hominis, & ad res honoratas, & facta heroica illud excitat.

13. est. Præsumptio: quia quamuis magnanimus ad magna tendat, illa tamen non excedunt illius vires & facultatem: quoniã animi magnitudo à Deo illi collata, proportionem habet cum magnis illis & arduis rebus quæ aggreditur. Sed præsumptuosus, ultra vires suas multa attentat.

14. est. Ambitio: quia ambitio est inordinatus honorum appetitus, & ambitiosus et honores concupitos assequatur, aliquando se humilem fingit, aliquando immodice ostentat se, nonnunquam adulatoriis à quibus eos sperat, quandoque multa promittit quæ non exequitur, & alia indigna committit. Sed Magnanimitas ad honores inclinatur, iuxta rationis ordinem. Et nihil indegens aut indignum agit, sed per opera honorata, maximos honores acquirere satagit.

Meditatio de Magnanimitate.

1. **C**ONSIDERA, homini, quia ad altissimum & diuinum finem, quo nihil neque in terra neque in Coelo maius esse potest, creatus fuit, valdè necessariam esse Magnanimitatem, vt debitis ad hunc finem consequendum medijs, quæ etiam magna & ardua sunt, vtatur.

2. **EXPENDE** tecum, Christianum qui non facit semper opera honorata & magnanima; iniuriã Deo irrogare, animi- que diuinorum beneficiorum parum in- morem ostendere, hanc enim ob causam à **DEO** magna dona percepit.

3. **REVOLVE** tecum, Magnanimitatis virtutem dæmoni valdè inimicam esse, qui laborat, vt homo continuo instar porci, in miferiarum & imperfectionum suarum cœno volutetur: sed contra magnanimitas hominem excitat, vt instar generosæ aquilæ in sublime volet, & ad alta tendat.

4. **CONSIDERA** Magnanimitatē, facere hominem diuinarum rerum tanquã, quæ se digna sint, amatorem, illiusq; affectum à rebus terrenis, quas paruipendit abstrahere.

5. **PERPENDE** tecum, Magnanimum ab omnibus magna in existimatione haberi, & honorari, et omnes bene velles, atque ad illius obsequia & seruitia se paratos offerre.

6. **REVOLVE** tecum, indignum esse homine, quod omnia magnifica & grandia habere appetat, & magnanimus esse, atque res honore dignas efficere non laboret.

DOCUMENTVM.

Fili, Diabolus nunquam tibi suggeret, ut bona opera omnino relinquant: sed quando tibi **DEVS**, ut ea facias, inspirat: proponet tibi ea tanquam difficilia, fastidiosa, & impossibilia, ut difficultate victus, vel ea non aggrediaris, vel aggressa deseras: Sed Magnanimus cum **S. Paulo** Apostolo dicit: *A me quidem nihil possum, sed omnia possum in eo qui me confortat.*

EXHORTATIO AD MAGNANIMITATEM.

Charissime frater, existimo non esse necessarium, admonere te ut res honoratas, & gloria dignas efficias, quemadmodum

modum virtus Magnanimitatis requirit: quia cum homo ad magna & ad immortalem gloriam conditus sit, ex se magna & sublimia concupiscit. Sed potius exhortabor te, ut ea quæ actiones generosæ huius virtutis impediunt, tollas. Nō enim potest esse magnanimus, qui superius rector & dominus non est, sed à passionibus & inordinatis appetitionibus suis se regi patitur, quæ dum illum ad humilia & indecentia pertrahunt, à virtute Magnanimitatis, quæ ad alta & honore digna semper nititur, ipsum alienant. Nec potest esse magnanimus, qui terrenis diuitiis, aut alijs fortunæ bonis inhiat: quia Magnanimitas non inhaeret rebus caducis & transitorijs, nec fortunæ bona magni æstimat: quare qui illis se tradit, indicium est, quod plius ea, quam iustum sit, faciat, & nonnunquam pro ijs consequendis, quædam homines ne dicam Christiano, indigna committunt.

Media ad acquirendam Magnanimitatem.

1. **M**agnam in Deo fiduciam habere, quod in omnibus operibus honoratis, quæ pro illius amore facturus sis, tibi auxilium feret.

2. Ad

2. Ad superandas passiones, & inordinatas appetitiones, totis viribus eniti.

3. Omnibus rebus mundanis non secus ac transeuntibus vti, atque illa non magnificare.

DOCTRINA DE LIBERALITATE, quæ Avaritiæ contraria est.

Quia à donando, qui proprius Liberalitatis actus est, nascitur, quod ille qui aliquid donat, rem donatam à sua custodia & dominio, & præterea animam suam ab affectione quam ad hanc rem gerere possit, liberet, inde factum est, ut virtus hæc appellaretur Liberalitas.

S. Ambros. serm. 81. & S. Basil. serm. ad divites Avaros dicunt, superabundantiam divitiarum dari aliquibus à Deo, ut meritum bonæ dispensationis acquirunt.

Quibus verbis S. Thomas. 2. 2. quæst. 117. inhaerens, ait virtutem Liberalitatis nos inclinare ad bene utendum pecunijs, alijsque divitijs à Deo nobis collatis. Bonus autem facultatum usus, non modò consistit in eo, ut quis domui suæ provideat, sed etiam ut alijs largiatur. Imo, largiri magis proprium est huic virtuti, quam expendere pecunias

pecunias quoad seipsum: ideoque liberalis magis inde laudatur, quod alijs donet, quã quod pro se aliquid expēdat. Ratio hæc est: quia natura per se propensa est ad expendendam pecuniam in ea quæ nobis necessaria sunt, in quæ si aliquando minus, quam opus est expendit, hoc ab avaritia, vel immodica erga diuitias affectione, aut ab alio vitio proficiscitur. Sed ut quis alijs liberaliter donet, (ad quo natura tantoperè non inclinatur) ad hoc necessaria est virtus liberalitatis. Hæc est sententia Aristotel. lib. 4. Ethic. cap. 1. S. Thomæ & aliorum.

Aduertit præterea S. Thomas, Liberalitatem non semper inclinare ad dandum, sed nonnunquam ad opes conseruandas, ut postea utiliter expendantur. Ad militis enim industriam & fortitudinem non modo pertinet, gladio contra hostes rectè uti nosse: sed etiam eundem polire, & in vigilia conseruare, ut suo tempore illo uti possit. Et hic est actus prudentiæ: cuius officium est dirigere & ordinare Liberalitatem, ut & ceteras virtutes morales. Quamuis negari nequeat, maioris prudentiæ esse utiliter pecunias expēdere, quam eas utiliter conseruare.

Signa veri liberalis secundum Aristotel. & S. Thomam in locis citatis tria sunt. 1. mul.

Multum dare 2. Parum recipere. 3. Nihil recipere, quæ his duobus versibus continentur.

Si quis in hoc mundo vult multum gratis haberi.

Det, capiat, querat, plurima, pauca, nihil.

Dare multum, intelligi debet in operibus licitis & bonis: illudque dare procedere debet non ex iactantia, sed ex pietate, alioqui non virtutis sed vitij foret; quia virtus ad opera mala non inclinatur. Præterea dare multum, intelligi debet iuxta possibilitatem facultatum: ideoque pauper aliquis, liberalis esse potest; si liberaliter de his que possidet alijs impertiatur, quamuis parum.

Aristoteles loco citato duo dicit impedire liberalitatem. Metum videlicet incidendi in aliquam necessitatem, qui maxime viget in illis, qui experti fuerunt, quid sit, necessitatem pati. Et Amorem: quia qui in acquirendis facultatibus multum desiderant, non aliter atque ferum suum eas diligunt, ideoque difficulter illas amittunt. Adiungit S. Thomas, quod illi ferè, qui opes suas proprio labore sibi non pepererunt, sed ab alijs hereditariè acceperunt, in expendendo & donando soleant esse largiores, quia in eorum acquisitione nihil molestiæ pertulerunt, nec unquam experti sunt, quid sit egero.

Boët.

Boët. de consol. lib. 2. prof. 3. dicit Largitatem homines maximè charos facere. Et Aristot. lib. 4. Ethic. cap. 1. inter virtuosos inquit, maximè liberales amari.

Vitia liberalitati contraria duo sunt. 1. est, Avaritia, quia liberalitas inclinatur ad libenter dandum, & docet non magnipendendas esse diuitias, quod per illas multa indecentia & illicita committantur. Contra verò Avaritia libenter sibi aliquid capit, in dando autem alijs parcissima est, ac denique propter immodicum diuitiarum appetitum, nec de Deo, nec de hominibus sollicitatur.

2. Est prodigalitas; quia liberalitas inclinatur ad largiendum quantum & quomodo recte rationi conueniens est: sed Prodigalitas in dando excedit modum. Vbi aduertendum est, quod Avaritia & Prodigalitas sint duo extrema inter se contraria, quarum medium est liberalitas: Avarus enim opes plusquam iustum est diligit Prodigus verò eas nihili pendit. Liberalis verò quædam modum in diuitiarum amore non excedit, nec earum decentem curam abiicit. Præterea Avarus in dando deficit, in accipiendo verò & retinendo nimius est: Prodigus, contra in dando nimius est, & in opibus cōseruandis negligens. Liberalis mediâ gradi-

curviam & non excedit in dando, nec in
conferuando muneri suo deest.

Meditatio de Liberalitate.

1. **C**ONSIDERA Liberalitatem esse
virtutem, DEO acceptissimam, quia
inclinat nos ad illud ipsum quod DEVS
nobis exigit, videlicet, vt largiente illo
plura quam nobis ad vitam necessaria sint,
nos etiam alijs inde; pro ipsius amore sub-
ueniamus.

2. **E**XPERIENDE tecum, Liberalitatem nos
DEO Creatori nostro simillimos constitua-
ere, qui vt S. Iacobus, ait, dat omnibus af-
fluenter.

3. **R**EVOLE tecum, virtutem hanc dum ho-
mine inclinat ad prompte largiendum terre-
nas opes, facere, vt affectio in illis non de-
figatur, neque hominem a maxima & vi-
lissima seruitute liberat.

4. **C**ONSIDERA, omnes homines,
liberalibus bene precari, illorumque obse-
quijs se promptos & paratos offerre, quia
omnibus viles sunt & ab omnibus diliguntur.

5. **P**ERPERENDE tecum, quemadmodum il-
li, qui hic congregandis incubuerunt diuitijs,
in more magnos sensuri sunt dolores &
angustias, quod ignorent, quo abituri sint:
ita e contrario liberales specialem tum
sensuros

senturos consolationem, quod bona sua ad pios usus, dum viuerent, applicauerint.

DOCUMENTVM.

Flli, si de finis yti Liberalitate ad pia opera, & accumulādis pecunijs incumbis, etiam cum proposito ea in aliud aliquod opus quod se obtulerit, impendendi, vehementer erras. Quia opera pia quae tibi modo se offerunt, si eis commodè opitulari potes, non est bonum propter opera futura & incerta relinquere, cum ignores, an illa opera futura sint meliora praesentibus, & an tam diu victurus sis.

EXHORTATIO AD LIBERALITATEM.

Scito Charissime frater, Diabolum a Scerrimum esse Liberalitatis hostem, quia haec virtus cum à bonitate, quae suis ipsius communicatiua est proficiscatur, incitat hominem, vt sua in quibuscunq; rebus potest, communicet. Hinc S. Ambrosius ait: quemadmodum iustitiae insigne est libra, cum qua unicuique tribuit quod suum est: ita Liberalitatis insigne esse bonitatem, per quam promptè largiendo, opera pia pro virili promouet. Et forsitan Christus
ad

id significare voluit, quando ait: beatius esse dare quam accipere, quia illud præsupponit bonitatem, hoc necessitatem. Verū quia Dæmon ab hac bonitate alienus, atque in malitia sua obstinatus est, etiam à liberalitate alienum gerit animum, illamque omnibus modis impedire conatur, prætexendo nunc difficultatem, modò necessitatem quæ superuenire possit, nonnunquā alia opera meliora in futurum facienda, ut sic illam differas, & occasio transeat. Quā obrem admonco te mi frater, ut tibi ipsi inuigiles, & si falli non vis, bonum quod hodie facere potes, in crastinum non reycias. Cogita quod pecuniæ tuæ, ad alteram vitam non sint te comitaturæ: sed quod alij eas expendent, aliquando etiam in opera inutilia. Liberalitas autem quam in hac vita exercueris, te vsque ad tribunal Christi sociabit ibique causam tuam fideliter ager.

Media ad acquirendam Liberalitatem.

1. EST magnam habere confidentiam in Deo, qui semper fautor & adiutor extitit liberalium.
2. Non considerare necessitatem, quæ raro superuenire solet.
3. Diuitias æstimare, tanquam tibi à DEO donatas, ut eas dispenses.

DOCTRINA DE CASTITATE, quæ Luxuriæ contraria est.

Nomen Castitatis vti docet S. Thomas. 2. 2. quæ. 151. descendit à castigando, quod videlicet concupiscentia voluptatum carnalium, instar pueri à ratione frænari & castigari debeat. Itaque huic virtuti proprium est, moderari, & regere appetitus sensuales secundū rectam rationē. Castitas ergo est habitus, inclinans hominem ad se abstinendum à voluptatibus venereis. & acquiritur, quemadmodum ceteri habitus ex frequentatis actibus: quamuis ad castitatis habitum acquirendum tres comites necessariae sint. 1. Est Animi fortitudo ad edomandam carnem ad incontinentiam propensam. 2. est, Diligentia ad resistendum primis tentationum incurribus. 3. est Circumspectio, siue cautio, propter multas quæ se offerunt occasiones.

Tria sunt genera castitatis. 1. est Castitas coniugalis, per quam coniuges se abstinēt à voluptatibus illicitis. 2. est vidualis, per quam viduæ non modo illicitas, sed etiam licitas carnis voluptates quibus si de nouo matrimonium contraherent, licitè vti possent recusant. 3. est castitas virginalis, quæ secundum S. Ambros. lib. 1. de virgin. est integritas expers contagionis. Et S. Tho.

Thomas 2. 2. quaest. 152. dicit, perfectionē castitatis virginalis, consistere in proposito conseruandi suam integritatem, & perpetuò se abstinēdi ab omnibus delectationibus veneres: quod propositum varios honestos fines habere potest: sed omnium excellentissimus & perfectissimus est, illis voluptatibus se priuare pro DEI amore, qui virginitatem multo gloriosiore reddidit, eamque meritis locupletat. Hinc S. Cyprianus lib. de Virginit. vocat virgines, illustriorem portionē gregis Christi & florem Ecclesiastici germinis, atque decus & ornamentum gratiae spiritualis. Dicit praeterea S. Thomas: Quamuis Virginitas praecellat castitatem, quemadmodum magnificentia liberalitatem, & sit virtus in genere castitatis excellentissima, atque sicuti scribit Ambrosius, propter terram pulchritudinem suam ametur à summo Rege: nihilominus statum Religiosorum, & Martyrium virginitate praecellentes esse: ratio haec est; quia virgines pro amore DEI solis voluptatibus carnis renunciant; sed Religiosi propriae etiam voluntati, & omnibus quae in mundo possident, nuntium mittunt: Martyres verò propriam etiam vitam pro DEI amore expendunt. Haec est doctrina S. August. lib. de virginit. cap. 45. & 46. Praeter hanc Castitatem quae carnis

concupiscentiam frænata, est & alia quam Theologi Castitatem spirituales vocant: quando videlicet mens hominis, vt Creatori suo se vniat, ab omni aliarum rerum affectu se abstinere. De hac castitate intelligendum est illud S. August. lib. de mendacio cap. 20. *Castitas, inquit, animi est, ordinatus animi motus, non subdens maiora minoribus.* Contrarium huius castitatis appellatur fornicatio spiritualis: quando nimirum mens nostra ad rem aliquam, contra ordinem diuinæ legis, immodicè afficitur.

Pudicitia propriè est signum castitatis, quia pudicitia descendit à pudore, qui nihil aliud est quam verecundia. Ideoq; pudicus appellatur, qui lasciuos actus perpetrare erubescit: abstinere igitur se ab his actibus, quales sunt, aspectus, & tactus impudici, & similes alij, signum est castitatis internæ: quamuis auctores aliquando confundant pudicitiam cum castitate, & vnum pro alio sumant.

Castitas est margarita quædam, quam nemo nisi volens perdit. Ideoq; S. August. lib. 1. de Ciuit. DEI, cap. 18. dicit violentiam libidinis alienæ non tollere ab anima castitatem, nec corpori auferre sanctitatem, eò quod vtramq; seruet perseverantia continentie. Vbi notandum est, hominem posse quidem aliquando vim pati, quoad po-
tea.

tentias externas, sed animum eius, in quo consensus est, violentiam pati non posse. Ac proinde nō amittit castitatem, qui malo non consentit, quamvis per vim violentur: sed ut rectè inquit S. Lucia ad Paschasium, duplicatur ei corona. Dicit præterea S. August. Eum qui vera virtute animi præditus sit, potius mala quælibet tolerare malle, quam peccato consentire. Quemadmodum Susanna maluit vociferando à senibus infamari, cum periculo lapidationis, quam pudicitia amissa Deum offendere. Quare castus non est, qui in periculo, pudicitia suæ per vim violandæ existens, propter metum infamiae consentit, nec clamando aliorum inuocat auxilium.

Meditatio de Castitate.

1. **C**ONSIDERA virtutem castitatis reddere animam ita speciosam & gratam oculis DEI, ut cōtinuo illam aspiciat, amet, & cœlestibus donis suis ditet ac locupletet.

2. **EXPENDE** tecum, Castitatem ita corpus ornare, ut efficiat illud dignum Spiritus sancti habitaculum, cui tantoperè placeat puritas, ut libentissimè in corde mundo & casto quiescat.

3. **REVOLVE** tecum, hominem per Castitatem non modo liberari ab innume-

ris molestijs & cruciatibus, quas secum adferre solet concupiscentia carnalis: sed etiã propter victoriam contra carnem obtentã, gloriosam sibi coronam acquirere.

4. **C O N S I D E R A**, vitam hominis casti esse magis Angelicam quam humanam & quantò gratior est DEO, tantò malignis spiritibus odibiliorem esse: qui per incontinentiam homines ad infinita scelera pertrahunt.

5. **P E R P E N D E** tecũ, hominem castũ, ad diuinas contemplationes aptiorem esse: quia quantò purior est, tanto magis illuminatur à DEO, & gratiarum cœlestium capacior est.

D O C V M E N T V M

Flli concupiscentia carnis est effrans & praeceps quadam bestia, quae quantò maiores habet occasiones, tantò maiorum ruinarum causa est: frenum quod eam edomat & reprimat est castitas. Quis ergo cum illa in praeceps ruere non vult, opus est vt frenum teneat, & ad se attrahat, cautusq; sit ne illi plus quam necesse est cibi impertiat alioqui recalcitabit.

E X H O R T A T I O A D

Castitatem.

Frater, quantò hostis longius abest à te tanto minus damni irrogabit tibi. Præ-

terea.

terea negotia domus tuæ quantò sunt ordinatiora, tanto rectius succedant, quia confusio multorum malorum causa est. Denique, quantò magis tecum & cū DEO vnitus fueris, tantò fortior eris, & Domino charior, quia diuisio partes reddit infirmas & debiles. Ex tribus his punctis charissime frater conytere potes, quam chara tibi debeat esse castitas, & quam odibilis incontinentia. Hæc enim facit, vt Dæmon capitalis hostis tuus, ingrediatur domum tuā, carnique tuæ sociatus, tam fortis efficiatur, vt assiduam tibi molestiam & damnum inferat. Sed Castitas longè à te repellens hunc inimicum tuum, ab hisce damnis & molestijs te liberat.

Præterea incontinentia facit, quod caro quæ animæ ancilla est, & rationi deberet obtemperare, fiat Domina, & Magistra, tam insolens vt omnia perturbet, verum castitas tollit hanc confusionem, facitque vt caro, subiecta maneat rationi, & anima sit Domina. Denique incontinentia diuidit hominem, facitque illum sollicitum, vt huic vel illi placeat. Sed castitas liberando eum ab his sollicitudinibus, efficit vt ad solum DEVM respiciat, ei que soli placere studeat.

*Media ad acquirendam & conser-
uandam castitatem.*

1. **N**on nimium fidere sibi ipsi, sed semper pericula & occasiones deuitare.
2. Carnem duriter & asperè tractare.
3. Exteriorum sensuum diligentem curam habere, specialiter, visus, auditus & tactus.
4. Confestim quando venit tentatio, vti aliquo contra illā remedio: vt cor cruce signare; mortem sibi in memoriam reuocare, Christum crucifixum intueri & alijs similibus; quod est *allidere paruulos ad petram.*

DOCTRINA DE MANSVE-
tudine quæ Iræ contraria est.

Ad intelligendam naturam mansuetudinis, necessarium est hic quædam repetere de Ira quæ ipsi contraria est. Nimirū, Iram esse inordinatū appetitum castigationis seu vindictæ; qui appetitus quia vehementissimus est, ita perturbat rationē, vt rectè iudicare nequeat: vnde fit vt iratus in castigādo plurimos committat errores: vel in eum qui castigationem non meretur animaduertendo, vel seuerius quam deceat, vel quando non debet aliquem puniendo. Huic vitio duæ virtutes opponuntur,
qua

quarum vna nuncupatur Clementia, altera Mansuetudo. Clementiæ proprium est, inclinare superiorem ad mitigandam subditorum poenam. Hinc Seneca lib. 2. de Clementia ca. 3. dicit, Clementiam esse lenitatem superioris aduersus inferiorem in cõfittuendis poenis. Mansuetudinis proprium est, refrænare ac mitigare impetum iræ in quocunq; , siue in superiore, siue in subdito: ex quo fit, vt mitigata ira vel poena condonetur, vel moderatius, iuxta rectæ rationis temperamentum infligatur. Quare ambæ hæ virtutes ad eundem effectum, videlicet vtendi benignitate, concurrunt: in eo verò discrepant: Quod Clemētia vtatur benignitate, mitigando poenam externā: Mansuetudo autē vtatur benignitate, mitigando passionem & impetum iræ.

S. Thom. 2. 2. quæst. 157. dicit, mansuetudinem esse virtutem moralem, idque probat ex Aristot. lib. 1. Ethic. cap. vlt. quia mansuetudine, moderamur appetitum vindictæ secundum rectam rationem, quod propriū est virtutis moralis.

Perfectio & excellentia mansuetudinis non est exigua: quia ira sic hominē perturbat, vt non modo rectè iudicare & operari non possit, sed etiam ita alienetur à seipso, vt potius bestia rabida, quam homo esse videatur.

Manfuetudo verò mitigando Iram sic hominem fui ipsius compotem reddit, vt rectè iudicet & agat, disponit illum adhæc ad DEI cognitionem in qua nostra consistit beatitudo Vnde S. Dionisius Areopag. in Epist. ad Deomoph. ait: Moysen propter multam mansuetudinem DEI apparitione dignum habitum fuisse. Cuius rationem S. Thomas hanc adfert: quod mansuetudo dum iram temperat, hominem constituat tranquillum, ideoq; ad cognoscendas res maximè diuinas aptum.

Adiungit præterea, quod mansuetudo non contradicat veritati, quemadmodum aliqui faciunt ex commotione iræ: Hac doctrina est etiam August. lib. 2. de Doct. Christ. cap. 7. vbi dicit mitem siue mansuetum non contradicere diuinæ scripturæ, aut alteri veritati, quamuis per eam vitia sua arguantur, ideoque ad DEI & sui ipsius cognitionem magis dispositum & capacem esse.

Effectus & signa Mansuetudinis inter alia sunt hæc. 1. Post acceptam iniuriam non cogitare de vltione, quia vbi est mansuetudo, ibi tollit iræ impetum & ex consequenti vindictæ causam. 2. Non minari ei qui nobis infert iniuriam. 3. Non indignari, nec murmurare contra Deum propter tribulationes, quas patimur, nec
pro-

propter malorum hominum prosperitatem. 4. Non contendere, maxime cum insolentibus & inquietis.

Salomon Eccles. cap. 1. & 3. dicit Mansuetum esse acceptum DEO & hominibus: quia erga Deum, dum animo prompto, cuncta quæ ab illo sibi immittuntur suscipit, se exhibet obedientem. Erga homines verò, vel tacendo, vel mansuete respõdendo, ac placidè omnes iniurias sibi factas tolerando se declarat virtuofum, & dum in bono malum vincit, omnes placat, & omnibus gratus est: quod & S. August. lib. 1. de Sermo. Domini in monte, cap. 3. docet.

Christus Dominus noster numerat mansuetudinem secundo loco inter beatitudines Matth. cap. 5. cum ait, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Et quamuis S. Bernardus per terram intelligat corpus, quod possidetur ac regitur ab anima hominis mansueti. Et S. Ambrosius corpus quidem per illam intelligi velit, sed post resurrectionem. alij tamen vt S. Hierony. & S. Chrysoft. per terram intelligunt cælum, quod à Dauide Psal. 26. appellatur *terra viventium*, quia hæc terra potius est mortuorum, vel morientium. Hanc autem terram cœlestem, in qua videntur & possidentur, bona quæ DEVS nobis præparauit,

ira facit vt amittamus, Mansuetudo vt possidemus.

Meditatio de Mansuetudine.

1. **C**ONSIDERA mansuetudinem ita probari DEO, vt libens volensque conuerfetur cum mansuetis, illisque secreta sua & cœlestia dona communit.

2. **EXPENDE** tecum, Mansuetudinem quia hominem ab iræ passione liberat, non solum facere vt sit Dominus sui ipsius, sed etiam vt rectè intelligat, iudicet, & operetur.

3. **REVOLVE** tecum, Mansuetum omnibus esse acceptum, nemini displicere, omnes cum eo libenter conuersari, omnes illum laudare, & grata ei obsequia præstare cupere.

4. **CONSIDERA** Mansuetudinem plurimum prodesse ad faciendum profectum in vita spiritali, quia quantò anima est tranquillior, tantò ad cœlestia meditanda est aptior: meditatio autem facit, vt homo ad spiritalia maiorem gerat affectum, quod totum Mansuetudini, quæ animam reddit tranquillam, acceptum referendum est.

5. **PERPENDE** tecum, Mansuetudinem eximere hominem à multis huius
mun-

mundi laqueis & tricis, quia mansuetus cum alijs non contendit, imo eos etiam, qui cum ipso contendere volunt, mansuetam responsione placat.

6. **REVOLVE** tecum, Mansuetudinem liberare hominem ab ijs detrimentis, quæ ira tum corporis sanitati, cuius humores alterat, tum spiritali animæ salutis, cuius passiones turbat, adfert.

DOCUMENTVM.

*S*cito fili mi, quod ira passio sit funis quidam, quo Diabolus ad varia peccata nos trahit: qui funis tam fortiter constringit Iratum, ut quo pergat non videat. Sed Mansuetudo est gladius præcicens hunc funem, qui tanto tibi erit utilior, quanto magis fuerit executus in petra quæ est Christus; considerando videlicet & imitando ipsius Mansuetudinem.

EXHORTATIO AD
Mansuetudinem.

Dubium non est Charissime frater, in hac vita multos & periculosos nobis obtendi loqueos. Quorum quidam originem habent à nostris inordinatis appetitionibus. Alij à Diabolo, cuius officium est, (vti S. Pet. epist. 1. cap. 5. ait,) circuire

& querere quem deuoret. Alij ab hominibus inquietis & fastidiosis, qui tanquam Diaboli instrumenta nos molestant. Ne igitur incurras in hosce laqueos, necessaria tibi est mansuetudo, quæ iram & furorem mitigando, reddit hominem interius pacificum & circumspectum. Ad hæc quia facit ut sibimetipsi inuigilet, ab infernali luppo eum tutatur. Denique mansuetis actibus, hominum insolentium ac bonorum pacem perturbantium, potentiam placat. Te igitur, mi frater hortor & moneo, ut mansuetudinem acquirere, studeas: quia enim illa scutum uobis est, contra omnes aduersariorum ictus, necesse est ut eam semper in promptu habeamus: quia non modo in aduersitatibus verum etiam in prosperitatibus, ne tum in superbiam erigamur, utilis nobis est.

Media ad acquirendam Mansuetudinem.

1. **E**ST Non considerare vnquam iniuriã quæ tibi irrogatur, nec eum qui eam tibi irrogat, sed quid te tanquam mansueti Christi discipulum agere deceat.
2. Molestiam quæ tibi infertur, suscipere, velut à Deo transmissam ad exercitandam mansuetudinem.
3. Cogitare, maiores Christum DEI
fili & m

filium & alios sanctos, sustinuisse molestias & iniurias.

DOCTRINA DE ABSTINENTIA & SOBRIETATE, QUÆ GULÆ CONTRARIA SUNT.

Gulosus in duobus potissimum excelsit, in manducando, & in bibendo ideoque duas gula virtutes habet contrarias. Abstinentiam videlicet, & Sobrietatem: quarum illa circa cibum, hæc circa potum versatur. Abstinentia igitur est virtus inclinans hominem ad se abstinendum à cibis quomodo & quando recta ratio postulat. S. Augustinus lib. 2. quæst. Euangel. cap. 11. & S. Thomas 2. 2. quæst. 146. aiunt homini in Abstinentia tria esse considerata.

1. Homines cum quibus viuit, quibus se in tempore comestionis accommodare debet: si enim quis horam comedendi sine causa vel præuenire vel differre vellet, cæteros turbaret, & non esset abstinens, quia non ageret secundum rectam rationem.

Præterea debet se illis accommodare in qualitate ciborum, quia si quis cæteris omnibus elixa manducantibus, ipse tosta cuperet, non esset illic ea quies, quæ virtutum studiosos deceret. Dixi (sine causa) quia si quis propter negotia vrgentia, vel propter debilitatem, aut aliam rationabilem causam præ-

præueniret vel differret comestionem, vel alia ciborum genera sibi parari cuperet, nõ propterea desineret esse abstinens, quia nõ ageret contra rationem. Sed quando id faceret ob solam proteruiam, vel ceruicositatem, non careret reprehensione. Hæc autẽ intelligi debent de tempore, quo non obligamur ab Ecclesia ad ieiunandum, tunc enim ad S. Ecclesiæ præceptum nos accommodare debemus. 2. Considerare debet seipsum, vt ea quæ manducat, debito modo manducet. Sunt enim nonnulli S. Augustino teste, qui parum quidem comedunt, sed nullam in manducando habent patientiam, & parum illud tanta cum auaritate comedunt, vt virtutẽ abstinentiæ amittant. Alij quamuis plus comedant, nihilominus ita continentes sunt, vt cibos coram se habentes, si necessarium sit expectare, illos etiam sine contactu tranquillo animo respiciant, & hi sunt verè abstinens. 3. Consideranda est sanitas: quæ illos duntaxat cibos & in ea quantitate, vt nocuumenti nihil adferant, assumit. Et semetipsum in hoc vincere, id est non manducare cibos nocuos, neque plusquam necessitas postulet, generosæ Abstinentiæ signum est. S. Thomas art. 1. ad 4. dicit, non esse illum abstinens, qui cum fastidio & lamento à cibis se abstinet: quia cum abstinentia sit

virtus, operatur non cum fastidio, sed cum gaudio & serenitate mentis. Neque illum esse abstinentem, qui propter humanas laudes à cibo se abstinet: quia finis Abſtinentiæ est gloria DEI.

Altera virtus Gulæ contraria est Sobrietas, quæ hominem inclinât ad seruandam debitam mensuram in potu, non qualicūque, sed eo qui sumositate sua turbat caput, vt est vinum & alia quæ inebriare possunt.

Notat S. Thomas quæst. 149. art. 3. vinum bibere non esse malum, sed posse fieri malum, ex aliqua circumstantia, vt exempli causa, 1. Si quis per vinū facile alteraretur. 2. Si quis voto nunquam bibendi vinum se obstrinxisset. 3. Si alij ex eo scandalizarentur, vt S. Paulus Rom. cap. 14. aduertit. 4. Si quis immodicè vino se obrueret: nimius enim vini potus, vt idē Doctor quæst. 149. art. 1. scribit, vsus rationis magis impedit, quam immoderata cibi sumptio. Vnde Ecclef. cap. 31. ait. Sobrium potum esse animæ & corporis sanitatem, nimium verò vini potionem esse multarum ruinarum causam.

Sobrietas conuenit omnibus, maximè his. 1. Iuuenibus, in quibus propter ætatis feruorem, concupiscentia est vehemens, & vino magis incēditur, ac proinde S. Paulus Apost. ad Tit. cap. 2. scribens, hortatur eum,

vt iue

vt iuuenes sobriè viuere moneat. 2. Fœminis, quæ cum nō habeant, tantā ad resistendum concupiscentijs fortitudinem, à vino cerebrum conturbante & concupiscentias multò animosiores & validiores redeunte, cauere debent, maximè cum Valerius maximus lib. 2. cap. 1. Scribat, olim Romanas mulieres, viuo nunquam vti solitas fuisse. Et. S. Paulus 1. ad Tim. cap. 3. mulieres velit esse sobrias.

3. Senibus, qui cum alios instruere debeant, rationem necesse est habeant, non impeditam, sed vegetam: nimius autem vini potus eā perturbat, & offendit, ac proinde Apostol. in epist. ad Tit. cap. 2. senes sobrietatis amatores vult esse. 4. Episcopis & alijs Ecclesiæ ministris, propter eandem causam & vt spiritualia officia sua dignè exequi & administrare valeant, ad quod plurimū prodest sobrietas, ideoque 1. ad Tim. cap. 3. S. Paulus Episcopo commendat Sobrietatē, tanquam ei maximè necessariam. 5. & ultimo, Regibus & Principibus, vt populos rectè moderari valeant; quam ob causam Salomon prouerb. 3. Regibus prohibet dari vinum, vt irreprehensibilia sint illorum iudicia.

Meditatio de abstinentia & Sobrietate.

1. **C**ONSIDERA, primum præceptū, primis humani generis Parentibus datum, fuisse, vt se abstinere ab esu fructuum arboris vetitæ; ex cuius præcepti transgressione omnia mala in hunc mundum venerunt.

2. **E**XPENDERE tecum, moderatam Abstinentiam cum Sobrietate coniunctā, reddere animam hilarem, alacrem, & tum ad diuinas contemplationes, tum in alias humanas actiones aptissimam.

3. **R**EVOLE tecum, binas hasce virtutes non modò plurimum prodesse ad corporis sanitatem, sed etiam facere vt corpus subiectum sit rationi, & animæ, sicut æquum est, seruiat.

4. **C**ONSIDERA quemadmodum crapula luxuriæ fomes est, ita Abstinentiā & Sobrietatem fideles custodes esse castitatis: ac proinde quantum illa Deo displicet, tantum hæ illi probantur & placent.

5. **P**ERPENDE tecum, Abstinentiā & Sobrietatem, dum carnem edomant, facere, quod homo sit sui ipsius, & passionum suarum Dominus, nec dæmonum fallacius minus ita obnoxius sit.

Fili, omnium quos habes hostium infentissimus est caro tua: qua quanto magis illam foues, tanto acrius te impugnat. Milites eius sunt sensus & appetitiones inordinatæ. Arma sunt, ciborum varietas & apparatus, atque potus nimius. Vulnera quibus animam sauciat, sunt peccata mortifera: quibus autem corpus vulnerat, sunt dolores stomachi, capitis, & laterum. Si hostem hunc tibi subiugare, ac profligare vis, mitte illi obuiam, binos hosce Athletas, Abstemiam & Sobrietatem, qui breuissimo tempore, arma illi auferendo, illum rationis dominio subijcient & parere compellent.

EXHORTATIO AD ABSTINENTIAM & SOBRIETATEM.

Charissime frater, si medicinæ dulces essent, & gratæ gustui, sine dubio plusquam necessarium sanitati foret; ex illis assumeres, sed quia amaræ sunt, in pondere ac mensura eas sumis: quantum videlicet ad sanitatem sufficit & non amplius. Ita si cibi essent amari, & potus ingratus, non
tam

tam facile in illis faceres excessum, nec manducares cibos nociuos, sed ex vtilibus tantum assumeres, quantum ad vitæ conseruationem sufficeret. Sed quia comedere ac bibere delectabilia sunt, sæpè debitam in eis mensuram excedis; quare necessariae tibi sunt Sobrietas & Abstinencia, quæ in cibo ac potu idem agunt, quod amaritudo in medicinis, vt videlicet non plus ex eis assumas, quam ad naturæ sustentationem satis est. Te igitur mi frater moneo & hortor, vt duas hasce virtutes adipisci studeas, quæ valetudinem tuam reddent integriorem, vitam diuturniorem, & actiones tuas rectiores atque præclariore. Cogita quod quemadmodum vsus vestium primo propter necessitatē solum inseruiebat, sed abusus alios ornatus, & peregrinos habitus inuexit: ita vsus cibi & potus, primo quidem naturæ tantum necessitati ac sustentationi adhibebatur, sed postea abusus ciborum varietatem & copiam, etiam cum facultatum, sanitatis, & animæ detrimento introduxit.

*Media ad consequendam Abstinenciam
& Sobrietatem.*

1. **N**on facile credere sensualitati, quæ fingit mille necessitates, vt gustui suo satisfaciat.

2. Sub-

2. Subtrahere paulatim corpori cibum ac potum superfluum, quousque veniat ad aliquam mediocritatem.

3. Persuadere sibi, nimium se cibus opplere potius esse bestiae quam hominis.

DOCTRINA DE VIRTUTIBUS Inuidiae contrarijs.

DE inuidia supra dictum est secundum S. Ioannis Damasc. lib. 7. de Fide. c. 12. doctrinam, illam esse, dolorem, siue tristitiam de bonis alienis. Et quia actus principales inuidi sunt tres: idcirco Inuidia tres habet virtutes sibi contrarias: 1. est. Gaudium 2. Misericordia 3. Nemesis.

Primus Inuidi actus est, de bonis proximi contristari, quatenus illud bonum utilitatem vel lucrum ipsius imminuit: aut gloriam vel laudem obscurat. Quoad hunc actum. Inuidiae opponitur Gaudium, quod facit hominem de bonis proximorum tanquam de proprijs letari: hoc autem gaudium proficiscitur ab amore quo proximum complectitur, qui quanto maior est, tanto etiam gaudium inde nascens maius est. Ira docet S. Thomas 2. 2. quaest. 28. Gaudium hoc tres habet defectus. 1. Non est purum. 2. non est perfectum. 3. Non est continuum

1. Non est purum, quia cum rei amatæ absentia: nec non eiusdem rei amatæ tribulationes & afflictiones amanti tristitiæ causam præbeant. Et proximus quem amamus non semper sit præsens, sæpenumero etiã afflictionibus prematur, idcirco Gaudium quod de illo habemus, tristitia permixtum est. Ac proinde S. Paulus. Apostol. ad Rom. 12. exhortatur nos vt gaudeamus cum gaudentibus & fleamus cu flentibus. Non ita se habet Gaudium quod ex DEO capimus, vti postea declarabitur.

2. Non est perfectum, quia quo cura proximis diutius conuersamur & agimus, eò magis imperfectiones illius nobis patescunt & manifestantur, sicque amor noster erga illos, & ex consequenti gaudium quoque imminuitur. Contra se habet gaudiũ de DEO quo enim frequentius cum DEO agimus, tantò perfectiones illius clarius intuemur, indeque amor & gaudium semper magis & magis in nobis crescunt.

3. Non est continuum, quia cum proximus non semper maneat in eodem statu, per odia & inimicitias facilè extinguitur amor & simul Gaudium: sed in Cœlo Gaudium hoc erit purum, perfectum, plenum, & perpetuum.

Secundus Inuidi actus est, gaudere de malis proximi : & quoad hunc actum

actum Inuidiæ opponitur misericordia, quæ nos inclinât ad dolendum & tristandum de malis proximi. Vnde S. Augustinus lib. 9. de Ciuit. DE 1 Cap. 5. dicit. Misericordiam esse alienæ miseriæ in nostro corde compulsionem. Atque hinc est, quod vt rectè notat Aristotel. li. 2. Rhetor. cap. 9. inuidi non sint misericordes, nec misericordes inuidi.

Dicit præterea Arist. cap. 8. illa mala esse magis commiseratione digna, quorum fortuna est causa, vt puta, cum aliquod inde malum euenit, vnde sperabatur bonum. Maximè vero qui talia mala indignè tolerant, qui nimirum benè facientes mala patiuntur.

S. Thomas 2. 2. quæst. 30. tria constituit genera hominum, qui ad misericordiam maximè proni sint. 1. Senes. 2. Sapientes & prudentes. 3. Debiles. 4. Timidos. Ratio hæc est, quod omnes hi considerent, etiam sibi eadem mala accidere posse. Contra verò misericordes esse non solent.

1. qui se ita fœlices & potentes existimant, vt nullum eis malum euenire possit.

2. Iracundi, qui eos, à quibus iniuriam vel molestiam aliquam accipiunt, omni potius castigatione, quam commiseratione dignos censent. Vnde in Prouerb, ca. 27. dicit.

dicit Sapiens, *Ira non habet misericordiam.*

3. Superbi, qui cum alios pro imperfectis habeant, dignos esse putant illos qui patiantur, ideoque nulla eorum commiseratione tanguntur. Excellentia Misericordiae maxima est. 1. quia in Osea cap. 6. & Matt. cap. 12. sacrificijs praenititur. 2. Quia qui aliorum defectibus & necessitatibus subuenit, quod misericordiae proprium est, clarum bonitatis & perfectionis deside dat indicium. 3. Quia nos DEO similes reddit, cuius miserationes sunt super omnia opera eius, ut dicitur in Psalm. 144.

Tertius Inuidi actus est, dolere & contristari etiam de bonis, quae hominibus sanctis & iustis atque dignissimis, qui ea habeant, insunt. Quoad hunc actum, inuidiae virtus quaedam contraria est, quae appellatur Nemesis id est zelus, quae nos inclinatur ad laetandum de bonis proborum & iustorum, & tristandum de malis, hominum sceleratorum & peccatorum, iuxta illud Psalm. 72. *Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.* Ita docet. S. Thom. 2. 2. quaest. 30. art. 3. ad 2. & quaest. 36. art. 3. ad 3.

bb

Medita-

Meditatio de Gaudio.

1. **C**ONSIDERA virtutem gaudij plurimum placere DEO, quia dum quis de bonis proximi gaudet, simul etiam ea approbat, & earum auctorem DEVM laudat.

2. **E**XPENDE tecum, Gaudium, quia omnem à nobis amaritudinem tollit, nos similes Angelis DEI constituere, qui nobis omnia bona procurant, atque de illis adeptis nobis congaudent & gratulantur.

3. **R**EVOLVE tecum, Gaudium ita animam spiritualiter impinguare, ut eam diuinis oculis gratissimam & speciosissimam reddat.

De Misericordia.

1. **C**ONSIDERA Misericordiam nos DEO assimilare, cui proprium est misereri. Quod Christus testatur cum nos admonet ut simus misericordes, sicut Pater coelestis misericors est.

2. **E**XPENDE tecum, in tremendo nouissima die iudicio, eos qui operibus misericordiae incubuerint, regno coelesti donare.

donandos, eos vero, qui nulla in pauperes misericordia vti fuerint, æternis supplicijs deputandos esse.

3. REVOLVE tecum illos, qui afflictorum nulla commiseratione tanguntur, promereri, vt nec DEVS illorum miseretur, sed iuxta duritiam eorum, tanquam à Christiana pietate alienissimam, in eos animaduertat.

DOCUMENTVM.

Fili, gaudium & Misericordia sunt filiae charitatis, ita simul sociatae, vt quo ipsae pergunt, eò etiam mater illas comitetur: quare si cupis Matrem earum quae omnium virtutum Regina est, habere, dilige filias eius.

EXHORTATIO AD GAUDIUM & Misericordiam.

Fater, quandoquidem DEVS vnicuique mandauit de proximo suo, iustum est etiam, vt iuxta commoditatem quam ille tibi offert, omni genere benignitatis & charitatis erga ipsum utaris, idque factis potius quam verbis. Quare hortor te ad

hh 2

binas

binas hæc virtutes, Gaudium & misericordiam, quæ tibi in omni occasione feruient. Quia si proximo tuo cuncta prosperè succedunt, Gaudium faciet vt de bono illius læteris, & gratias referas DEO. In tribulationibus premitur, Misericordia faciet, vt ei in malis compatiaris. Per gaudium animæ tuæ prodes, quia dum Deum laudas, de bonis quibus alios ornat, permittes illum vt & tibi eadem bona largiatur. Per Misericordiam verò, non tantum releuas proximum à miserijs & defectibus suis, sed etiam DEVM inclinas, vt tecum vtatur misericordia, quia scriptum est *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Eò autem magis ad hanc virtutem animari debes, quod opera misericordie quæ proximis DEI amore exhibuerit Christus tanquam sibi metipso exhibuit suscipiat, atque æternæ gloriæ coronam muneret.

Media ad acquirendum gaudium, & Misericordiam.

1. Considerare proximum tanquam eiusdem Patris & Matris, cuius tu es filius.

filium: Christi videlicet, & Ecclesiæ, sic enim facile bonum illius ad Gaudium, & malum illius ad compassionem nos incitabit.

2. Abycere omnem animi à proximo alienationem; hæc enim duritiæ quæ vtrique harum virtutum contrariatur, in nobis causa est.

3. Cogitare, quod bonum vel malum proximo exhibitum, Christo seruatori tuo facias.

DOCTRINA DE GAUDIO,
quod Acediæ opponitur.

SUPRA disseruimus de Gaudio quatenus Sinuidiæ contrarium est, quod ex proximi charitate oritur, nosque ad lætandum de bonis illius incitat. Nunc verò disseremus de Gaudio rerum spiritualium & diuinarum, quod Acediæ opponitur. Acedia enim generat in nobis tristitiam & fastidium rerum spiritualium. Gaudium autem facit, vt in actionibus spiritualibus, magnam sentiamus voluptatem & animi lætitiã.

Gaudium hoc oritur ex amore quo spiritualia complectimur: & quantus est amor, tantum est gaudium: si nullum ex eis

h h ; gau-

gaudium haurimus, indicium est, quod spiritualia nobis cordi non sint. Et quia inter spiritualia diuina, DEVS primum tenet locum, secundum verò deuotiones nostræ & opera spiritualia, hinc fit, quod gaudiū nostrum principaliter & maxime debeat esse in DEO, secundo verò in actionibus spiritualibus, quæ DEVM sicut vltimum finem respiciunt.

Gaudium, quo de DEO gaudemus, ut S. Thom. 2. 2. quæst. 28. art. 2. ait, non habet vllam permixtam tristitiam, nec ex parte DEI vlla ibi tristitiæ causa esse potest: quia cum DEVS sit infinitum & immutabile bonum, nullum potest ei inesse malum, quod nobis tristitiæ vel doloris causam præbeat: ideoque S. Paulus Apost. Phil. 4. vult nos semper in Domino gaudere.

Adhæc præsentia rei amata, semper adfert gaudium amanti: quia verò DEVS per gratiam amanti continuo præsens est, iuxta illud S. Ioannis Epist. 1. cap. 4. *Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo*, sequitur etiam, quod amanti perpetuam gaudendi occasionem subministret.

Sed Gaudium quod de actionibus spiritualibus haurimus, permixtam habet tristitiam, quando illæ nobis impediuntur vel perturbantur.

Notat præterea S. Thom loco citato, in hac vita Gaudium nostrum, tam de Deo, quam de rebus spiritualibus, non posse plenum & perfectum esse; quia enim longè absumus à patria nostra, & in exilio, in valle lachrymarum degimus, potiozem habemus occasionem deplorandi nostras miseras, quam gaudendi.

Adhæc quia non gaudemus in hac vita de Deo perfectè, nec plenè illum possidemus, sequitur etiam Gaudium nostrum nō esse perfectum & plenum. Gaudium porro, quod ab affectione ad spiritualia nascitur, non potest esse perfectum, propter multas imperfectiones quibus scatur: sed in Cælo erit gaudiū nostrum perfectum, plenum & continuum. Sicut inquit Esaias cap. 35. Vbi de beatis loquens, *Gaudium ait: & lætitiā obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.*

Quemadmodum ex Acedia oritur negligentia & Pigritia, in rebus diuinis; sic è contrario, ex gaudio proficiscitur diligentia, quæ dulciter ad anteriora nos stimulat, demonstrans nobis primò DEVM, vt ita ei nos vniamus, vt vnus cum illo spiritus efficiamur: quamuis cum DEVS sit infinitum pelagus omnis perfectionis, nunquam illum perfectè consequi valeamus; quia (vti S. Thom. art. 3. ait)

semper inuenitur in eo aliquid amplius desiderandum, & maiorem cum illo vnionem faciendam. Quare qui serio pelagus hoc vult enauigare, nunquam subsistit, quia diligentia ex gaudio proficiens, semper illum trahit ad perfectiorem, cum DEO vnionem, crescente autem vnione, crescit & amor, & proportionatiuè crescit gaudium: sicque amans diligens, dum in DEVM per amorem ingreditur, intrat simul in gaudium, iuxta illud Matt. cap. 25 *Intra in gaudium Domini tui.* 2. diligentia monstrat nobis actiones spirituales, incitans nos ad eas debitis cum circumstantijs & conditionibus perficiendas: videlicet: pro solius DEI amore & gloria, qui finis illorum est, eorundemque Iudex & remunerator erit. Et cum feruore, quia spirituales actiones tepidè peragere, est indignum homine, qui se diligere profitetur.

Gaudium quod homo virtutum studijs addictus in operibus bonis, sentit, nec illi meritum, nec operi perfectionem suam tollit, quia opus bonum ex natura sua laetitiam illud efficienti adfert: teste Aristot. 2. Ethic. 2. Gaudium enim, quia virtus, vel virtutis actus est, non tollit, sed potius adiungit perfectionem operi. Vnde Dauid Psalm. 99. exhortatur nos ad seruiendum Domino

Domino in lætitia. Et Apostol. 2. Cor. c. 9.
Hilarem datorem à DEO diligere affir-
mat.

Superius dictum est tristitiam etiam de
rebus licitis si nimia est, malam esse: quia
bonas actiones impedit: Non ita Gaudiū,
quod quanto maius est, tantò magis nos
ad benè agendum adiuuat. Adde quod
cum rationi conforme sit, malum esse ne-
queat.

*Meditatio de Gau-
dio.*

1. **C**ONSIDERA gaudere de perfecti-
onibus DEI, & quod ab omnibus
agnoscatur & uti æquum est colatur, DEO
vehementer placere, quia hoc postulamus
in oratione Dominica, quando dicimus.
Adueniat regnum tuum.

2. **EXPENDE** tecum, scriptum esse:
illos specialius à DEO amari, qui cum læ-
titia & alacritate mentis illi seruiunt: à DEO
autem diligere, est æternæ foelicitatis pignus
obtinere.

4. **REVOLVE** tecum, quantum ex
eo gaudium capiat Angelus noster tute-
laris, quod ad DEVM & spirituales actio-
nes nos benè affectos esse videat: hoc eni-
ma

h h s ma

maximoperè cupit, & ad hoc potissimum tutela ipsius dirigitur.

4. **CONSIDERA**, quam ingentem voluptatem atque iucunditatem in mortis articulo animo percepturi sint, qui tota diligentia vitæ spirituali incubuerunt: anima enim & corpus eorum tunc ineffabili exultatione replebuntur, quod paulo post deuotionum suarum fructum capturi sint.

DOCUMENTVM.

SCito fili, quod Diabolus molestè ferat, quando aliquem rebus diuinis addictum, & per viam spiritualem alacri animo gradientem videt. Quare vt hanc ei alacritatem animi auferat, & pedem ab incepto referre faciat, tam efficaciter proponit ei viam difficultatem & impossibilitatem, vt qui laqueos & offendicula viduntur axat intueatur, facile subsistat, ac pedem referat: sed qui terminum quo illa ducit contemplatur, cernitq; omnes qui nunc in Cælis æterna gloria perfruuntur, eandem viam perambulasse, animetur, & progrediatur.

EXHOR-

EXHORTATIO AD
Gaudium.

FRater non dubito, quin de DEO ac rebus spiritualibus gaudere appetas, gaudium enim quia est animæ lætitia & exultatio, omnes desiderant. Qua igitur e causa prouenit, quod tam aridus ad cœlestia existis, vt eas nihil facere atque contemnere videaris? Vnde proficiscitur, quod in rebus mundi huius diligentissimus & promptissimus es, in actionibus verò spiritualibus frigidus ac negligens: Causa frater charissime nimium est aperta ac manifesta: diligentia enim ab affectu nascitur, & ita matri suæ coniuncta est, vt ab ea separari nequeat: quia verò totam affectionem tuam in terrenis rebus collocasti, idcirco omne gaudium tuum & tota industria tua in illis versatur. Sed vellem agnosceres hunc errorem tuum: quod videlicet animam tuam quæ ad cœlestia gaudia, & ad perennem DEI fruitionem creata est, per affectionem in terra ligaueris, vbi eam terrenis rebus pascis, quibus nec esuries eius satiari, nec sitis restringi potest. Quid ergo mirum, quod ad DEVM & res diuinas aridus & frigidus existis? At si alacritatem,

180 MEDITAT DE VIRTVT.

tatem, feruorem, & gaudium in rebus spiritualibus sentire desideras, opus est, vt amorem tuum à terrenis rebus abstrahas & in Deo ac rebus spiritualibus colloces.

Media ad acquirendum Gaudium.

1. **C**onscientiam habere puram & nitidam, quia vbi maculæ peccatorum sunt, ibi non potest esse vera lætitia.

2. Cœlestia & diuina sæpè meditari, quia in meditatione ignis charitatis & gaudij accenditur.

3. Non permittere, vt totus affectus, vel aliqua pars illius terrenis rebus in hæreat.

F I N I S.

Laus Deo Virginique Matri.




bi-
a-
as
o-

ti-
m

ri,
&








A
T
GIN
CA
Han
ca


A

Ap























Th
4470

